

S. Aurelii Augustini de dialectica liber.

Recensuit et adnotavit

W. CRECELIUS.

S. Augustinus cum fidem Christi amplexus initio anni CCCLXXXVII, ut ad suscipiendum sacrum baptisma praepararet animum, Mediolani versaretur, de artibus et disciplinis¹⁾ libros eo consilio composuit, 'ut adolescentes vel cuiuslibet aetatis homines, quos bono ingenio donavit Deus, non praepropere sed quibusdam gradibus a sensibus carnis atque carnalibus litteris — duce ratione avellerentur atque uni Deo et Domino rerum omnium — incommutabilis veritatis amore adhaerescerent' (Aug. de musica VI, 1, in.²⁾). Litterarum enim tractationem, nisi Christo illae inservirent, se habuisse religioni, cum aliis locis tum Conf. IX, 4, ipse auctor nobis est. Atque libros de musica Augustinus, posteaquam in Africam transgressus est, retractavit ac diligenter accurateque confecit et divisos in sex volumina edidit. Ceteros, quos ipse, cum aut minus accurate tractasset aut reliquisset inchoatos, in animo non habebat emittere, amici eius, ni fallor, et descripserunt et vulgarunt³⁾. Ex his igitur libris tres ad memoriam nostram pervenerunt, Grammatica, Rhetorica, Dialectica.

1) Grammatica, dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, philosophia, musica. Cf. Augustin. Retract. I, 6.

2) Eadem Augustinus Retract. I, 6. in it, quo loco se disciplinarum libros scripsisse ait per corporalia cupientem ad incorporalia quibusdam quasi passibus certis vel pervenire vel ducere. Atque est quod miremur Angelo Maio haec verba obscura esse videri, qui (Novae Patrum Biblioth. tom. I, part. 2, p. 165): „Illa vero, inquit, de ascensu a corporalibus ad incorporalia graviore adhuc ambiguitate laborant. — Et quidem hanc suam sententiam videtur paene ad litteram sumpsisse Augustinus ab Apollinari comm. ad Proverbia in primo a nobis edito fragmento, ubi ait: ‘περὶ τῆς τοῦ νέου διδασκαλίας, ὅτι περ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ τὴν διάνοιαν ἀραιθέντες, ξυνται σογοτ.’ Adolescentes dum instituuntur, si a sensibilibus ad intellectualia mente ascendent, sapientes evident.‘ Atque hic est reapse piorum in christianis gymnasiis magistrorum scopus, ut teneras puerorum mentes, una cum terrenis, caelestibus quoque doctrinis imbuant.“ Augustinus vero quid sentiat, si quis leget sextum de musica librum, intelleget ac perspiciet. Saeculares enim, ut cum Hieronymo loquar, litteras non satis dignas esse putabat, quibus Christiani operam darent: quorum animos ut abduceret ab illarum tractatione, libros de artibus et disciplinis ita conscripsit, ut expositis singulis disciplinis singulos adderet locos, quibus animos eorum qui legerent ab illis nugis ad res divinas duceret. Cf. de musica VI, 1: ‘Satis diu paene atque adeo plane pueriliter per quinque libros in vestigis numerorum — morati sumus: quam nostram nugacitatem apud benevolos homines facile fortassis excusat officiosus labor, quem non ob alind suscipiendum putavimus, nisi ut adolescentes’ etc.

3) Cf. quem infra laudabo locum Retr. I, 6: ‘quae tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberí ab aliquibus existimó’.

Ac quoniam perpauci Romanorum extiterunt qui dialecticam essent Latinis illustrare litteris conati, Augustini de dialectica liber, quamquam non est ad finem perductus, tamen non indignus esse mihi videbatur, qui, cum in editionibus foedissimis mendis inquinatus eset, denuo a me ederetur, quoad eius fieri posset, correctus et emendatus. Neque enim audiendi mihi esse videntur Benedictini, qui non solum librum de grammatica, de quo recte isti videntur iudicasse, sed etiam de rhetorica et de dialectica libros subditios arbitrantur. Quas enim ad confirmandam sententiam suam afferunt rationes¹⁾, facillime eae refelluntur his, quae ab ipso Augustino in Retractionibus I, 6 produntur. ‘Per idem tempus, inquit ille, quo Mediolani fui baptismum percepturus, etiam disciplinarum libros conatus sum scribere interrogans eos, qui mecum erant atque ab huiusmodi studiis non abhorrebat, per corporalia cupiens ad incorporalia quibusdam quasi passibus certis vel pervenire vel ducere. Sed earum solum de grammatica librum absolvere potui, quem postea de armario perdidii; et de musica sex volumina, quantum attinet ad eam partem, quae rhythmus vocatur. Sed eosdem sex libros iam baptizatus iamque ex Italia regressus in Africam scripsi; inchoaveram quippe tantummodo istam apud Mediolanum disciplinam. De aliis vero quinque disciplinis illic similiter inchoatis, de dialectica, de rhetorica, de geometria, de arithmeticā, de philosophia sola principia remanserunt: quae tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberi ab aliquibus existimo’.

Quid igitur? In libris de rhetorica et de dialectica quo iure desiderari censemus illum locum, quo a corporalibus ad incorporalia perducere Augustinus sibi proposuerat? Hunc nonne in extremis libris per se intellegitur Augustinum, si libros perfecisset, fuisse additum? Itaque quid mirandum est, quod non extat in libris non perfectis?

Firmissimum vero Benedictini sententiae suae hoc afferre videntur argumentum, quod in dialogi formam isti libri non sint compositi. Hac enim forma Augustinum, cum libros de artibus et disciplinis conscriberet, fuisse usum, iure ac merito efficere videri possunt ex loco quem supra attulimus Retractionum, quo loco ille disciplinarum libros se scripsisse ait interrogantem eos, qui secum essent atque ab huiusmodi studiis non abhorrent²⁾. Atque librorum de musica reapse ita ratio comparata est, ut inter magistrum interrogantem ac docentem et respondentem discipulum fiat disputatio. Nec vero infitior ceteros quoque libros, qui cum libris de musica commū i quodam societatis vinculo cohaerent, Augustinum, si ad finem perduxisset ac retractasset, dialogi forma compositurum fuisse. Nam si ad hos Dialecticae locos animū advertimus, quorum unus est in cap. 5 med. ‘nunc quod instat accipe intentus’, alter initio capituli 10 ‘utrum autem conatum meum facultas sequatur, tu iudicabis’, tertius extremo eodem capite ‘itaque locum ipsum hactenus notasse suffecerit, ingenio praesertim tuo’ — si hos igitur locos spectamus, nonne in aperto esse videtur animo Augustini, cum haec scriberet, fuisse obversatum se cum discipulo vel amico quodam habere sermonem?

Quae cum ita sint, sic existimamus Augustinum rhetoricae et dialecticae primas modo lineas litteris mandasse atque in animo habuisse eas copiosius et accuratius, si quando recoleret, explicare ita ut sermonibus omnia exponeret. Quod cum in irritum caderet, sola, ut ait Augustinus, principia remanserunt, quae ab amicis eius sunt descripta et divulgata³⁾. His constitutis hoc unum addiderim Dialecticae intactam esse relictam

¹⁾ Verba Benedictinorum haec sunt: ‘Librum de grammatica Augustino in prius excusis adtributum inter supposititia censemus opuscula ob eam in primis caussam, quia methodo aequo et scopo totus discrepat ab eo, quem ipse in lib: I. Retract. c. 6 una cum aliis disciplinarum libris a se Mediolani iamiam baptismum percepturo elaboratum recognoscit. Quippe hos libros conscriperat dialogi forma, eoque animo ut per corporalia ad incorporalia, quibusdam quasi passibus certis, ut ibidem ait, vel pervenire, vel duceret. — Porro autem subiectum hic opusculum neque dialogi formam gerit, neque ad incorporalia promovet animum. — Quae sane rationes non minus valent adversus tria alia, quae hue pariter coniociimus opuscula, quae inscribuntur Principia Dialecticae, Categoriae X et Principia rhetoricae.’

²⁾ Ne haec quidem verba A. Maio satis perspicua esse videntur, qui l. l. p. 165 ‘Sed enim ad dialogum quod attinet, inquit, verba Augustini paulo incertiora visa sunt Tillemontio T. XIII. adn. 6, p. 961. comme le Saint paroist dire.’

³⁾ Librum de grammatica cum Augustinus absolvisse se dicat, haec, quae de Dialectica et de Rhetorica protulimus, appareat ad illum non pertinere. Quam ob rem supra diximus Benedictinos Augustini non esse librum merito ac iure videri confirmare. Iam rove Angelus Maius in Novae Patrum Bibliothecae t. I, p. 2, pg. 167 sqq. ex codice Vaticano pervetusto alium de grammatica libellum ab illo diversum primus edidit et codicis auctoritate commotus Augustino tribuit. Neque a veri similitudine abhorre videtur, quod idem Maius p. 166 adnotat: ‘Profecto et punicum illud DELLAS vocabulum, quod ibi dicitur latine carex in postremo

maximam partem; quae enim tractanda scriptor sibi proposuit¹⁾, eorum perpaucia absoluta sunt. Atque hoc quidem non ultimum esse argumentum videtur, cur credamus Dialecticam non esse subdititiam. Quid? si quis nomini aliis librum voluerit supponere²⁾, num veri simile videatur huius absoluturum eum esse tam exiguum partem, cetera intacta relictum? Hoc vero nemo erit, puto, qui contendat.

Restat, ut, quibus instructus subsidiis ad restituenda verba scriptoris accesserim, paucis exponam.
Codicibus autem usus sum his.

Cod. Darmstadiensis (n. 166 catal. Hartzheimiani) olim Coloniensis. Scriptus est litteris fere uncialibus in membranis maximae formae saeculo, si O. Jahnium auctorem sequimur, septimo. Continet primo loco Chirii Fortunatiani artis rhetoricae scholicae libros tres; deinde Augustini Rhetoricam, quae errore librarii cum Fortunatiano ita coniuncta est, ut tertii artis scholicae libri alteram partem continere videatur; hanc excipit tamquam quartum quoddam eiusdem libri volumen Dialectica Augustini³⁾; sequitur Marii Victorini expositio in Ciceronis de inventione libros, postremo Censorini de die natali liber. Perierunt praeter finem Censorini duae plagulae, quarum una Dialecticae alteram capituli octavi partem et initium noni continebat, altera extrema Dialecticae verba et paucos versus Victorini. — Codicem ipse quam potui accuratissime cum editione Benedictinorum contuli.

Cod. Bernensis I (nr. 363). Scriptus est auctore Sinnero saeculo duodecimo in membranis formae quadratae. Dialectica continetur fol. 149 — 156.

Cod. Bernensis II. (nr. 548). Est membranaceus formae quadratae, saeculo, ut fert Sinnerus, undecimo scriptus. Subscriptio haec est: *Explicit feliciter tractatus beati Augustini in dialectica*. In prima et ultima plagula Dialecticae scriptura multis locis evanuit aut palluit atque idem in reliqua parte libri non semel factum est. — Codices Bernenses cum editione Benedictinorum accuratissime contulit variasque lectiones a se enotatas mecum communicavit amicus coniunctissimus Dr. W. Buchner.

Editiones quibus uti licuit hae sunt.

Ed. Erasmi Basileensis anni MDXXVIII.

Ed. per theologos Lovanienses curata Antuerpiae apud Plantinum anno MDLXXVII. Lovanienses uno codice (Carthusiano) usi sunt, cuius lectiones nonnullis locis in margine editionis sua proferunt.

Ed. quae prodiit 'opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti, e congregazione S. Mauri' (editio tertia Veneta, Bassani MDCCXCVII). Benedictini quinque codices adhibuisse se adnotant ad emendandam Dialecticam, quorum duos, Corbejensem et Germanensem, semel in margine editionis nominant.⁴⁾

Qua ratione mihi in emendando libro esset utendum, non potuit dubium esse. Nam cum in editionibus ille et multis foedisque mendis inquinatus sit et saepius peccatum omissis aut singulis vocabulis aut totis versibus, appareat aut pessimis usos esse codicibus editores aut, si melioribus uti licuit, neglegentissime in libro emendando versatos esse. Codex vero Darmstadiensis et vetustate insignis est et satis diligenter scriptus, ut iis quoque locis, quibus librarius peccavit, vera lectio nullo plerunque negotio inveniri possit. Cum Darmstadiensi codice plurimis locis Bernensis I. ita conspirat, ut paene adducar ex illo hunc descriptum esse. Neque

capitulo relatum [Locus extat p. 181: barbarum autem, si alicuius gentis verbum est non receptum, ut si qui dicat in latino sermone DELLAS pro carice, quod utique punicum est], prorsus et omnino indicare videtur Augustinum auctorem, qui punica verba non paucia in aliis scriptis recitare solet.' Quare cum ne hic quidem liber, quem Maius edidit, dialogi forma compositus sit et desideretur ille de incorporalibus locus, sic fere existimo librum esse epitomen, confectam illam ex Augustini libro, nisi omnia fallunt, a Cassiodoro, apud quem (de artib. et discipl. c. 1) haec legimus: 'sed et sanctum Augustinum propter simplicitatem fratrum breviter instruendam aliqua de eodem titulo [de grammatica] scripsisse reperimus, quae vobis lectitanda reliquimus, ne quid rudibus deesse videatur, qui ad tantae scientiae culmina praeparantur.'

¹⁾ Cf. Dial. cap. 5.

²⁾ Scriptorem, si non fuit Augustinus, videri certe voluisse, ex his cap. 7 verbis efficitur: 'ut cum Augustino nominato nihil aliud quam ego ipse cogitor ab eo cui notus sum.' Atque alius eiusdem nominis homo, qui Dialecticam potuerit componere, vix est qui reperiatur.

³⁾ In fine Rhetoricae Augustini haec subscribuntur: 'C. Chirii Fortunatiani artis rhetoricae scholicae lib. III. explicit. Incipit lib. IV. de dialectica.'

⁴⁾ Auctoribus Benedictinis Dialectica Augustini 'Chirii Fortunatiani nomine edita est Basileae an. 1558.' Mihi quidem non contigit, ut hanc editionem viderem.

multum ab his discrepat Bernensis II., ut depravatis tamen lectionibus, in quibus cum editionibus consentiat, aliquot locis non sit immunis. Quae cum ita sint, verba scriptoris ad fidem codicum Darmst. et Bern. I. quant potui diligentissime describenda curavi; quibus autem locis scriptura codicum depravata esse videbatur, ex vestigiis eorum veram lectionem conatus sum explorare ac reponere. In adnotatione varias lectiones et cod. Darmst. et quas ex codd. Bernn. inveni enotatas recensui omnes. Praeterea varietatem editionis Benedictinorum subjeci, ex reliquis autem editionibus eas tantum lectiones enotavi, quae commemoratione dignae esse videbantur.

Notae, quibus usus sum, hae sunt:

† crucis signum appositi, ubi codicum lectio, quamquam depravata est, cum mihi non contigisset,
ut certam invenirem emendationem, retinenda esse videbatur.

codd. Tres codices mei, Darmst., Bernensis. I. et II.

edd. Editiones Erasmi, Lovaniensium, Benedictinorum.

D. Codex Darmstadiensis.

B. 1 Codex Bernensis I.

B. 2 Codex Bernensis II.

Er. Editio Erasmi.

Lov. Editio theologorum Lovaniensium.

Ben. Editio Benedictinorum.

Inclinatis litteris ea verba describenda curavi, quae cum deessent in codicibus, supplenda tamen
videbantur. Idem fieri iussi, ubi singulae litterae ex coniectura aut additae sunt aut mutatae.

S. Aurelii Augustini de dialectica liber.

Dialectica est bene disputandi scientia. Disputamus autem utique verbis. Verba igitur aut simplicia I. sunt aut coniuncta. Simplicia sunt quae unum quiddam significant ut cum dicimus homo equus disputat currit. Nec mireris, quod disputat quamvis ex duobus compositum sit tamen inter simplicia numeratum est. nam res definitione inlustratur. dictum est enim id esse simplex quod unum quiddam significet. itaque hoc 5 includitur hac definitione, qua non includitur cum dicimus loquor. quamvis enim unum verbum sit, non habet tamen simplicem significationem, siquidem significat etiam personam quae loquitur. ideo iam obnoxium est veritati aut falsitati, nam et negari et adfirmari potest. omnis itaque prima et secunda persona verbi quamvis singillatim enuntietur tamen inter coniuncta verba numerabitur, quia simplicem non habet significationem. siquidem quisquis dicit ambulo et ambulationem facit intellegi et se ipsum qui ambulat, et quisquis dicit 10 ambulas similiter et rem quae fit et eum qui facit significat. At vero qui dicit ambulat nihil aliud quam ipsam significat ambulationem. quamobrem tertia persona verbi semper inter simplicia numeratur et nondum aut adfirmari aut negari potest, nisi cum talia verba sunt, quibus necessario cohaeret personae significatio consuetudine loquendi, ut cum dicimus pluit vel ninguit, etiamsi non addatur quis pluat aut ninguat, tamen quia intellegitur non potest inter simplicia numerari. 15

Coniuncta verba sunt quae sibi conexa res plures significant, ut cum dicimus homo ambulat aut II. homo festinans in montem ambulat et siquid tale. Sed coniunctorum verborum alia sunt quae sententiam conprehendunt, ut ea quae dicta sunt: *alia quae non conprehendunt sed expectant aliquid, ut eadem*

1 In D liber tribuitur C. Chirio Fortunatiano et inscribitur: de dialectica liber. In B 1: incipit Aurelii Augustini de dialectica. In B 2 inscribitur: incipit tractatus sci — (cetera evanuerunt); subscriptio: explicit feliciter tractatus beati Augustini in dialectica. In codicibus Benedictinorum liber inscribitur: tractatus de dialectica. Editores inscribunt 'Principia dialecticae', cf. Retract. I, 6.
Cap. I. Quae primo et altero Dialecticae capite continentur, ea Augustinus maximam partem mutuatus est ex Aristotelis de decem categoriis et de interpretatione libris. In illis autem se occupatum fuisse, cum Carthagine rhetoramic doceret, ipse tradit Conf. IV, 16. Ceterum Augustini libro usus esse videtur Martianus Capella, qui libro quarto dialecticam pertractat. | 2 utique codd., om. edd. | 2 sqq. cf. Aristot. categ. 2: τὸν λεγομένον τὰ μὲν καὶ συμπλοκὴν λέγεται, τὰ δὲ ἄλλες συμπλοκῆς τὰ μὲν οὐ καὶ οἱ οἰοι ἀρθρωπος τρέζει, ἀνθρωπος νυχά. τὰ δὲ άρσεν οἱ οἰοι ἀρθρωπος, βούς, τρέζει, νυχά. Quae verba in Augustini decem categoriis in hunc modum vertuntur: 'scire etiam debemus verba aut simplicia esse aut certe coniuncta. confineta sunt equus currit; simplicia, cum haec separantur et dicuntur singula ut equus, currit.' Cf. Martian. Capell. IV. §. 388. ed. Kopp. | 5 enim codd., autem edd. | 5 significet D. Ben., significat B 1. Er. Lov. | 6 hoc includitur h. d. qua non includitur codd., hoc includimus h. d. quod non includimus edd. | 8 sqq. Cf. Mart. Cap. IV, 388: prima persona significat aliquid, quod iam negari vel affirmari possit — item secunda persona et ipsa iam veritati aut falsitati obnoxia est. | 9 quia s. n. habet D. B 2, quae s. n. habent edd. | 10 dicit D. B 1, dicat edd. | 11 sqq. Cf. Mart. Cap. IV, 389: tertia vero persona — simulac dicta fuerit non continuo intelligitur — — cum dicimus disputat, cum aliquid iam significet, non tamen verum aut falsum dici potest, si nomen non addatur etc. | 11 aliut D. | 12 numeratur D. B 1, numerabitur edd. | 13 nisi cum t. v. sunt codd., nisi t. v. sint edd. | 14 sq. Cf. Mart. Cap. IV, 389: ut quum dicimus pluit, iam potest esse verum aut falsum, quum non addamus nomen, quia notum est, qui pluat. | 14 vel ninguet D, aut ningit edd. | 15 intellegitur, sic ubique D intellegere et neglegere. Cf. Osann. ad Cic. de rep. p. 312. | 16 conexa sic D. Cf. de hac scriptura Osann. ad Cic. de rep. p. 231. Etiam codex Vaticanus Augustini de gramm. conexio compluribus locis habet (Cf. Mai Novae Patr. Bibl. I, 2 p. 178. | 18 conprehendunt D. Retinui scripturam praehendere, quae in D omnibus locis reperitur. Cf. O. Müller ad Varr. L. L. pg. 228. | 18 alia quae non c. sed om̄ codd. Retinui haec vv., quae ab editoribus adduntur; nam appareat haec vel similia in codd. excidisse. |

ipsa quae nunc diximus, si subtrahas verbum quod positum est *ambulat*. quamvis enim verba coniuncta sint homo festinans in montem, tamen adhuc pendet oratio. Separatis igitur his coniunctis verbis quae non inpletent sententiam restant ea verba coniuncta quae sententiam conprehendunt. Horum item duae species sunt. aut enim sic sententia conprehenditur, ut vero aut falso teneatur obnoxia, ut est omnis homo ambulat 5 aut omnis homo non ambulat et siquid huiusmodi est: aut ita inpletur sententia, ut licet perficiat propositum animi adfirmari tamen negare non possit, ut cum imperamus, cum optamus, cum execramus et similia. nam quisquis dicit perge ad villam vel utinam perget ad villam vel dii illum perduint, non potest argui quod mentiatur aut credi quod verum dicat. nihil enim adfirmavit aut negavit. ergo nec III. tales sententiae in quaestionem veniunt, ut disputatorem requirant. Sed illae quae requirunt aut simplices 10 sunt aut coniunctae. Simplices sunt, quae sine ulla copulatione sententiae alterius enuntiantur, ut est illud quod dicimus omnis homo ambulat. Coniunctae sunt, de quarum copulatione iudicatur, ut est si ambulat, movetur. sed cum de coniunctione sententiarum iudicium fit, tamdiu est, donec perveniat ad summam. summa est autem quae conficitur ex concessis. Quod dico tale est. qui dicit si ambulat, mo- 15 vetur, probare vult aliquid, ut cum hoc concessero verum esse restet illi docere quod ambulet et summa consequatur, quae iam negari non potest, id est quod moveatur — aut restet illi docere quod non moveatur, ut consequatur summa, quae item non potest non concedi, id est quod non ambulet. rursus si hoc modo velit dicere homo iste ambulat, simplex sententia est: quam si concessero et adiunxerit aliam quisquis autem ambulat movetur et hanc etiam concessero, ex hac coniunctione sententiarum quamvis singillatim enun- tiatarum et concessarum illa summa sequitur, quae iam necessario concedatur, id est homo iste 20 igitur movetur.

IV. His breviter constitutis singulas partes consideremus. nam sunt primae duae: una de his quae simpli- citer dicuntur, ubi est quasi materia dialecticae, altera de his quae coniuncta dicuntur, ubi iam quasi opus apparent. quae de simplicibus est vocatur de loquendo. illa vero quae de coniunctis est in tres partes dividitur.

1 ambulat om. D. B 1, addidi ex edd. | 2 coniunctis D. B 1, om. edd. | 5 est D. B 1, om. edd. | 5 aut ita inpletur sqq. Cf. Arist. de interpr. c. 4: ἔτι δὲ λόγος ἄπας μὲν οὐμαρτυρός, — — ἀπορητικὸς δὲ οὐ πάς, ἀλλ᾽ εἰς τὸ διηγέσειν ηγε- δοθαι ἐπάρχει. οὐκὶ εἰς ἄπαν δὲ ἐπάρχει, οἷον ηὐχὴ λόγος μὲν, ἀλλ᾽ οὐτε διηγήσης οὔτε φενδής. | 5 ita B 1, itaq. D. sic edd. | 6 execramus D. | 6 et sim. D. B 1, et his sim. edd. | 6 quisquis dicit D. B 1, si quis dicat edd. | 7 vel — perduint D, aut — perdant edd. | 8 dicat edd, dicit D. | 8 aut codd., vel edd. | 9 ut d. requirant codd., aut d. requirunt edd. | 9 sqq. Cf. Mart. Capell. IV §. 404 sqq. | 9 requirunt codd. requiruntur edd. | 13 sqq. summa est autem D. B 1, s. a. e. edd. | 14 cum hoc concessero sic emendavi, cum h. non concessero codd. (in B 2 non erasum), hoc concessso edd. | 15 docere codd., dicere edd. | 15 moveatur scr. ex emendatione, movetur codd. edd. | 15 aut restet — summa om. edd, recepi haec verba auctoritate codd., nisi quod moveatur scripsi pro eo quod in codd. est movetur. | 16 non concedi codd., non om. edd. | 17 sqq. In codd. scriptum est quam si concessero et alia (concessero alium et aliam B 2) quae aliquid expectant ad completionem sententiae sententiam conprehendunt Adiunxerit aliam quisquis autem etc. Quam lectionem mutatis paucis verbis secuti sunt Erasmus et Lovanienses, apud quos est et aliam quae a. expectat a. c. s. s. comprehendit a. aliam. Benedictini locum ita emendare voluerunt, ut scriberent quam si concessero et aliam quae aliquid expectat ad completionem sententiae adiunxerit quisquis autem etc. Mihi vero magis placet dicere verba alia — conprehendunt, quippe quae et aliena videantur a tota huius loci sententia et seriem verborum intercidant dirimantque. Haec verba quod in hunc locum irreperserunt, eo fortasse explicari potest, quod supra (cap. 2 in.) nonnulla, quibus eadem subiecta sententia erat, intercederunt; quae cum margini essent adscripta, facile fieri potuit, ut postea errore librariorum non eo quo par erat loco interponerentur. Quae cum ita sint, illum locum capit 2 in hunc fere modum constituerim alia quae expectant aliquid ad completionem sententiae. His ita constitutis ratio est habita nulla verborum sententiam conprehendunt, quae unde sint profecta, confiteor me nescire. | 17 concessero codd., si concessero edd. | 18 coniunctione codd., iunctione edd. | 19 homo iste igitur codd., igitur homo iste edd.

Cap. IV. Hoc capite Augustinus enarrat, dialectica in quas partes dividatur. qua in re hunc secutus esse videtur Martianus Cap., qui IV. 388 Dialeticam inducit haec disserentem: quippe in ditione mea iureque consistunt sex normae, quis constant ceterae disciplinae; nam prima est de loquendo, secunda de eloquendo, tertia de proloquendo, quarta de proloquo summa, quinta de iudicando quae pertinet ad iudicationem poetarum et carminum, sexta quae dicenda rhetoribus commodata est. | 21 his brev. c. D. B 1: his igitur brev. c. edd. | 21 sunt primae duae edd. sunt primae et duae D. B 1. Cf. cap. X extr. ipsa dividuntur adhuc in duas primas formas | 21 his quae codd., iis quae edd. Eadem varietas lectionis infra observatur. | 23 de simpl. est codd., est om. edd.

separata enim coniunctione verborum quae non inplet sententiam illa, quae sic inplet sententiam, ut nondum faciat quaestionem vel disputatorem requirat, vocatur de eloquendo: illa, quae sic inplet sententiam, ut de sententiis simplicibus iudicetur, vocatur de proloquendo: illa, quae sic conprehendit sententiam, ut de ipsa etiam copulatione iudicetur donec perveniantur ad summam, vocatur de proloquiorum summa. Has ergo singulas partes diligentius explicemus.

Verbum est uniuscuiusque rei signum, quod ab audiente possit intellegi, a loquente prolatum. Res est V. quidquid vel sentitur vel intellegitur vel latet. Signum est quod et se ipsum sensui et praeter se aliquid animo ostendit. Loqui est articulata voce signum dare. articulatam autem dico quae conprehendi litteris potest. Haec omnia quae definita sunt, utrum recte definita sint et utrum hactenus verba definitionis aliis definitionibus persequenda fuerint, ille indicabit locus, quo definiendi disciplina tractatur. Nunc quod instat 10 accipe intentus. Omne verbum sonat. cum enim est in scripto, non verbum sed verbi signum est; quippe inspectis a legente litteris occurrit animo, quid voce prorumpat. quid enim aliud litterae scriptae quam se ipsas oculis et praeter se voces animo ostendunt, ut paulo ante diximus signum esse quod se ipsum sensui et praeter se aliquid animo ostendit. quae legimus igitur non verba sunt sed signa verborum. sed ut, ipsa litera cum sit pars minima vocis articulatae, abutimur tamen hoc vocabulo, ut appellemus litteram etiam cum 15 scriptam videmus, quamvis omnino tacita sit neque ulla pars vocis sed signum partis vocis appareat: ita etiam verbum appellatur cum scriptum est, quamvis verbi signum id est signum significantis vocis eluceat. Ergo ut cooperam dicere omne verbum sonat. Sed quod sonat nihil ad dialecticam. de sono enim verbi agitur, cum quaeritur vel animadvertiscatur, quanta vocalium vel dispositione leniatur vel concursione dehiscat, item consonantium vel interpositione nodetur vel congestione asperetur et quot vel qualibus syllabis constet, ubi poe- 20 ticus rhythmus accentusque a grammaticis solarum aurium tractantur negotia. Et tamen cum de his disputatur, praeter dialecticam non est. haec enim scientia disputandi est. Sed cum verba sint rerum, † quando de ipsis

1 sic] sit D. | 2 illa quae codd., illa vero quae edd. | 2 sententiam D. B 2, sensum edd.

Cap. V. Cf. Aristot. de interpr. c. 1: ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα τῶν ἐν τῇ φωνῇ. — ὅν μέντοι ταῦτα σημεῖα πρότοις, ταῦτα τάπει παθημάτα τῆς ψυχῆς, καὶ ὅν ταῦτα ὄμοιώματα, πράγματα ἡδη ταῦτα. | 6 rei om. D. B 1. | 7 quidquid vel sentitur vel intellegitur D. B 1 (quicquid – intellig.), quidquid intelligitur vel sentitur edd. | 7 Post v. latet in edd. haec leguntur: Sciuntur (leg. sentiuntur) enim corporalia, intelliguntur spiritualia, latet vero ipse deus et informis materia. Deus est quod neque corpus est neque animal est neque sensus est neque intellectus est neque aliquid (aliquod Ben.) quod excogitari potest. Informis materia est mutabilitas mutabilium rerum, capax omnium formarum. Haec verba, quae absunt a D. B 1. 2 et ut Lovanienses afferunt a codice Carthusiano, additamentum esse non ab ipso scriptore profectum iam Benedictini perspexerunt, qui et uncis incluserunt et haec margini adscripterunt: quae () inclusa sunt, absunt a MSS. Corbejens. et German. | 7 quod et D. B 2, et quod edd. | 8 articulatam a. d. quae codd., articulata a. d. quod edd. Cf. Donati ars gramm. I, 1: articulata (vox) est, quae litteris comprehendi potest. | 9 haec omnia D. B 1, haec autem o. edd. | 9 et utrum D. Er. Lov., utrumque B 1, utrum Ben. | 10 persequenda D. B 1, prosequenda edd. | 10 indicauit D. | 10 quo codd., in quo edd. | 11 sqq. cum enim est in scripto cet.] Cf. Augustin. de magistro c. 4 §. 8. | 12 quid vox D. B 1, quod vox Ben. | 12 aliut D. | 12 inscriptae B 2. | 13 et deest in codd. | 13 voces animo codd., animo voces edd. | 13 ut paulo scripsi ex coni., et paulo codd. Quia et paulo edd. | 14 aliquid animo D. B 1, animo aliquid edd. | 14 sq. Cf. Donati ars gramm. I, 2, 1 'littera est pars minima vocis articulatae' | 15 ut appell. edd. et ut appell. D. B 1. | 16 scriptum codd. | 17 id est signum om. edd. | 17 eluceat] non eluceat B 1. 2, edd. In D. eluceat supra scripto non. V. non nullo modo ferri potest; in voce enim eluceat dubium non est quin h. l. eadem insit vis, quae supra in voce appareat, ut verba quamvis verbi signum — eluceat respondeant verbis quamvis — signum partis vocis appareat. Is autem, qui non interposuit, vv. non eluceat ita accepisse videtur, ut congruant cum verbis supra positis omnino tacita sit. 19 dispositione edd., disputatione D. B 1. | 20 quod D. | 21 solarum aurium tractantur negotia D. B 1, solarum a. tractetur negotia B 2, solarum a. tractus negocio Er., solarum a. tractatur negotio Lov., solo a. tractatur negotio Ben. | 22 sq. Sed cum verba — de his disputatur] Cum mihi non contigisset, ut certam emendationem huius loci invenirem, codicum lectionem servavi; tres autem codices mei h. l. prorsus inter se consentiunt, nisi quod in B 2 scriptum est optinent. Quae editiones h. l. praebent sed tunc verba sunt signa rerum, quando de ipsis obtinent vim: verborum autem illa, de quibus hic disputatur, ea ex conjectura editorum profecta esse videntur, sed non satis perspicua illa aut probabili. Mihi multo plura h. l. videntur excidisse.

obtinent, verborum autem, † quibus de his disputatur. nam cum de verbis loqui nisi verbis nequeamus et cum loquimur nonnisi de aliquibus rebus loquamur, occurrit animo ita esse verba signa rerum, ut res esse non desinant. cum ergo verbum ore procedit, si propter se procedit id est ut de ipso verbo aliquid quaeratur aut disputetur, res est utique disputationi quaestionique subiecta, sed ipsa res verbum vocatur. Quidquid autem ex verbo non aures sed animus sentit et ipso animo tenetur inclusum, dicibile vocatur. Cum vero verbum procedit non propter se sed propter aliud aliquid significandum, dictio vocatur. Res autem ipsa, quae iam verbum non est neque verbi in mente conceptio, sive habeat verbum quo significari possit, sive non habeat, nihil aliud quam res vocatur proprio iam nomine. Hac ergo quattuor distincta teneantur, verbum dicibile dictio res. Quod dixi verbum, et verbum est et verbum significat. Quod dixi dicibile, verbum est, nec 10 tamen verbum, sed quod in verbo intellegitur et animo continetur, significat. Quod dixi dictionem, verbum est, sed quod iam illa duo simul id est et ipsum verbum et quod fit in animo per verbum significat. Quod dixi rem, verbum est, quod praeter illa tria quae dicta sunt quidquid restat significat. Sed exemplis haec inlustranda esse perspicio. fac igitur a quoquam grammatico puerum interrogatum hoc modo: arma quae pars orationis est? quod dictum est arma, propter se dictum est id est verbum propter ipsum verbum.

15 cetera vero, quod ait quae pars orationis, non propter se, sed propter verbum, quod arma dictum est, vel animo sensa vel voce prolata sunt. sed cum animo sensa sunt, ante vocem dicibilia erunt; cum autem propter id quod dixi proruperunt in vocem, dictiones factae sunt. ipsum vero arma quod hic verbum est, cum a Vergilio pronuntiatum est, dictio fuit: non enim propter se prolatum est, sed ut eo significarentur vel bella quae gessit Aeneas vel scutum et cetera arma quae Vulcanus heroi fabricatus est. ipsa vero bella vel 20 arma, quae gesta aut ingestata sunt ab Aenea — ipsa inquam quae cum gererentur adque essent videbantur, quaeque si nunc adessent vel digito monstrare possemus aut tangere, quae etiamsi non cogitentur non eo tamen fit ut non fuerint — ipsa ergo per se nec verba sunt nec dicibilia nec dictiones, sed res quae iam proprio nomine res vocantur. Tractandum est igitur nobis in hac parte dialecticae de verbis, de dicibilibus, de dictionibus, de rebus. in quibus omnibus cum partim verba significantur partim non verba, nihil est tamen, 25 de quo non verbis disputare necesse sit. itaque de his primo disputetur per quae de ceteris disputare conceditur.

Igitur verbum quodlibet excepto sono — de quo bene disputare ad facultatem dialectici pertinet, non ad dialecticam disciplinam, ut defensiones Ciceronis sunt quidem rhetoricae facultatis sed non his docetur ipsa VI. rhetorica — ergo omne verbum praeter id quod sonat quattuor quedam necessario vocat in quaestionem: 30 originem suam, vim, declinationem, ordinationem.

2 loquamur Lov. Ben., loquimur codd. Er. | 3 ore procedit codd. Er., ab ore procedit Lov. Ben. Cf. Augustin. de magistro c. 9. utrum ea quae loqueremur nostro ore procederent et paulo post non autem res quae significatur sed signum quo significatur loquentis ore procedit. | 4 quidquid sic omnibus locis D, quicquid B 1. 2. Veteres scripsisse quidquid, non quicquid, comprobavit Lachmann. ad Luer. V, 1252. | 5 aures D. B 1, auris edd. Editores in singulari numero verbi sentit offendisse et ob eam causam auris pro aures scripsisse videntur. Sed cf. Cic. Tusc. III, 3, 5: quumque — multum ipsa corpora et natura valeat, ubi vide quae Kühner adnotat. | 6 aliquid D. B 1. Er., aliquod Lov. Ben. | 7 quo B 1. 2, quod D, quo jam edd. | 8 distincta D. B 2, distincte edd Cf. c. 10 med.: haec ergo distincta teneamus. | 10 animo D. B 1, in animo edd. | 11 sed quod iam — significat codd., sed tale quo iam — significantur edd. | 11 illa] in illa B 1. | 11 et ipsum D. B 1, et ipsud B 2, et om. edd. | 13 quoquam codd. Er. Lov., quodam Ben. Cf. infra c. 10 fac verbi causa quemquam dixisse pluit et de mus. 1, 6 §. 12 concedam posse quemquam et musicae habere scientiam et esse histrionom. | 13 grammaticum B 2. | 14 ipsud B 2. Cf. supra adn. ad 11. | 15 orationis D. B 1, orationis est edd. | 16 ante voce D | 16 diciuilia D | 16 erunt D. B 1, sunt edd. | 18 sed om. D. B 1. | 19 et cetera D. B 1, vel c. edd. | 19 arma om. D. B 2. | 19 heroi codd., Aeneae edd. | 20 quae gesta aut ingestata (sic!) sunt D, q. g. aut ingesta sunt B 1. 2, que gesta sunt aut ingesta edd. Verbum ingestandi in lexicis solum ex Appul. Met. 11, p. 264 affertur, quo loco in recentioribus editionibus intextas scriptum est pro ingestas. | 20 gerentur B 1. | 20 quae cum — essent videbantur D. Ben., quae cum — esse videbantur B 2, quae cum — esse viderentur Er. Lov. | 21 cogitentur codd., cogitarentur edd. | 22 dicibilia D. | 22 sed res codd., sed sunt res edd. | 23 de dicib. de dict. codd., de dict. de dicib. edd. | 24 pertim non D | 25 tamen codd., enim edd. | 25 disputetur codd. Er., disputatur Lov. Ben. | 27 disputare codd., disputetur Er. Lov., disputatur Ben. | 27 dialectici D. B 1, dialecticae edd. | 28 rhetoricae D, rhetoricae B 2. | 29 rhetorica D. B 2. Cap. VI. 29 praeter D. B 2 et quod Lovanienses adnotant MS. Carthusianus, propter edd. | 29 necessario codd.

De origine verbi quaeritur, cum quaeritur unde ita dicatur, res mea sententia nimis curiosa et minus necessaria. neque hoc eo mihi placuit dicere, quod Ciceroni [de nat. deor. 3, 24] quoque idem videtur. quis enim egeat auctoritate in re tam perspicua? Quod si omnino multum iuvaret explicare originem verbi, ineptum esset adgredi quod persequi profecto infinitum est. quis enim repperire possit, quidquid dictum fuerit unde ita dictum sit? Huc accedit quod ut somniorum interpraetatio ita verborum origo pro cuiusque 5 ingenio iudicatur. Ecce enim verba ipsa quispam ex eo putat dicta quod aurem quasi verberent. immo inquit alius quod aërem. sed quid? nostra non magna lis est, nam uterque a verberando huius vocabuli originem trahit. Sed de traverso tertius vide quam rixam inferat. quod enim verum nos ait loqui oportet odiosumque est natura ipsa iudicante mendacium, verbum a vero cognominatum est. Nec ingenium quantum defuit. nam sunt qui verbum a vero quidem dictum putant, sed prima syllaba satis animadversa secundam 10 neglegi non oportere. verbum enim cum dicimus, inquiunt, prima eius syllaba verum significat, secunda sonum. hoc enim volunt esse būm, unde Ennius sonum pedum bōmbum pedum dixit et βοῆσαι Graeci clamare et Vergilius [Georg. 3, 223] reboant silvae. ergo verbum dictum est quasi a verum boando hoc est verum sonando. quod si ita est, praescribit quidem hoc nomen, ne cum verbum facimus mentiamur; sed vereor, ne ipsi qui dicunt ista mentiantur. Ergo ad te iam pertinet iudicare, utrum verbum a verbe- 15 rando an a vero solo an a verum boando dictum putemus, an potius unde sit dictum non curemus, cum quid significet intellegamus. Breviter tamen hunc locum notatum (hoc est de origine verborum) volo paulisper accipias, ne ullam partem suscepti operis praetermississe videamur. Stoici autem, quos Cicero in hac re ut Cicero inridet, nullum esse verbum, cuius non certa explicari origo possit. et quia hoc modo eos urguere facile fuit, si dices hoc infinitum esse, quibus verbis aliquius verbi originem interpraetareris, eorum rursus 20

1 minus D. B 1, non nimis edū. | 2 eo om. edd. | 2 quod sic edd., sic abest a codd. | 3 quis enim egeat codd., quamvis quis egeat edd. | 3 explicaret D. B 1. | 4 quidquid D. quicquid B 1. 2, quod qnid edd. | 5 huic B 1 | 6 iudicatur D. B 1, praedictatur edd. | 6 quod aurem quasi verberent (verberant Ben). Cf. Augustinus de magistro c. 5 §. 12 ex.: Omne, quod cum aliquo significatu prorumpit, animadvertis — et aurem verberare, ut sentiri, et memoriae mandari, ut nosci possit. — Quid si horum duorum ex uno appellata sunt verba, ex altero nomina; verba scilicet a verberando, nomina vero a noscendo? Lexicon vetus in Maii Classic. auct. t. VIII p. 611: Item a verbero hoc verbum, bi. | 7 inquid D. | 7 quod aërem] Cf. Prisc. VIII, 1 in.: Verbum autem quamvis a verberatu aeris dicatur. Cassiodor. de orat. et de partib. eius c. 2 (t. II p. 570, a edit. Garetti): Verbum dictum est, quia verberato aëre faciat sonum. | 7 sed quid? nostra non m. l. e. B 2, sed quid nostram non m. l. e. D. B 1, sed nostra n. m. l. e. edd. | 8 sed de traverso D (ns a 1 manu supra add.), sed de transverso B 1, sed et de transverso B 2, sed et transverso edd. In Augustini sermone XXV (Nov. Patr. Bibl. I, 1 p. 55) item scriptum est tunc illa velut de traverso nescio unde veniens ignota et in sermone LXXI (p. 140) traverso. Item in Ciceronis ad Att. ep. XV, 4, 5 Orellius ex cod. Mediceo scripsit de traverso. | 8 ubide D. | 8 nos ait codd., ait nos edd. | 8 oportet codd., oporteat edd. | 9 odiosumque est emendavi, odiosumque sit codd. (odiosum quae sit D) edd. | 9 quarto B 2. | 10 putant D. B 1. Er., putent Lov. Ben. | 12 hoc enim D. B 1, hoc autem edd. | 12 bum codd., bōmbum edd. Cf. Vergilius Maro grammatis. in Maii Classic. auct. t. III p. 140: Verbum igitur duobus ex modis constat; ver ex verbere quod lingua gutturi infligit, bum ex buclino quod vox reboat. | 12 Ennius] Columna, quem in hac re securus est novissimus Enni fragmentorum editor Vahlenus, hunc locum affert ex Fortunatiani de dialectica libro. Deprompsisse igitur illum ex codice quodam videtur, in quo Augustini libellus cum Fortunatiani arte rhetorica scholica coniunctus reperiebatur et huic tribuebatur, id quod in codice Darmstadiensi quoque factum esse supra diximus. | 12 bonbum D. | 12 et βοῆσαι] et praebent D. Er. Lov., om. Ben. | 12 βοῆσαι] boesae D, boesei B 1, boese B 2, βοάσαι edd. | 13 a verum boando D. B 1, vere boando (omisso a) B 2, a vero boando edd. | 14 perscribit B 2. | 16 an a vero solo om. B 1. | 16 verum boando D. B 2, vero boando edd. | 17 quid codd., quod edd. | 17 notandum B 2. | 17 hoc est D. B 2, hoc esse B 1, esse edd. | 18 praetermissae B 1. | 18 Stoici autumant etc.] Ab his verbis usque ad extremum caput uberrime enarratur, quae Stoici de origine verborum docuerint, quem locum perfectat Laur. Lersch Die Sprachphilosophie der Alten III p. 46—51 sqq. | 18 quos Cic. in hac re — inridet] Augustino cum haec scriberet ille locus Ciceronis librorum nunc perditorum de gloria videtur ante oculos esse versatus, quem servavit Fest. p. 202, 25 ed. Müll.: Oppidorum originem optime refert Cicero libro I. de gloria eamque appellationem usurpatam esse existimat, quod opem darent, adiciens, ut imitetur ineptias Stoicorum. Cf. praeterea de off. I, 7, 23: audeamus imitari Stoicos qui studiose exquirunt, unde verba sint dueta. De hac re disputat Laur. Lersch I. c. p. 154 sq. | 29 ut Cicero] Haec verba, quae in edd. omittuntur, commotus auctoritate codicum retinui; quamquam vereor, ne sint depravata. | 19 explicari origo codd., ratio explicari edd. | 19 eos urguere codd., suggerere edd. | 27 dices B. 1. | 20 alicuius codd., alterius edd. | 20 origine D. B 1. | 20 interpretareris edd., interpretaris D (interpret.) B 1. 2. | 20 rursus om. B 2.

a te originem facien-dum esse, donec perveniat eo, ut res cum sono verbi aliqua similitudine concinat, ut cum dicimus aeris tinnitum, equorum hinnitum, ovium balatum, tubarum clangorem, stridorem catenarum. perspicis enim haec verba ita sonare, ut ipsae res quae his verbis significantur. sed quia sunt res quae non sonant, in his similitudinem tactus valere, ut, si leniter vel aspere sensum tangunt, lenitas vel 5 asperitas litterarum ut tangit auditum sic eis nomina pepererit: ut ipsum lene cum dicimus leniter sonat. quis item asperitatem non et ipso nomine asperam iudicet? lene est auribus cum dicimus voluptas, asperum cum dicimus crux. ita res ipsae adficiunt, ut verba sentiuntur. mel, quam suaviter gustum res ipsa, tam leniter nomine tangit auditum. acre in utroque asperum est. lana et vepres, ut audiuntur verba, sic illa tanguntur. Haec quasi cunabula verborum esse crediderunt, ubi sensus rerum cum sonorum sensu con- 10 cordarent. Hinc ad ipsarum inter se rerum similitudinem processisse licentiam nominandi; ut cum verbi causa crux propterea dicta sit, quod ipsius verbi asperitas cum doloris quem crux efficit asperitate concordet, crura tamen non propter asperitatem doloris sed, quod longitudine adque duritie inter membra cetera sint ligno crucis similiora, sic appellata sint. Inde ad abusionem ventum, ut usurpetur nomen non rei similis sed quasi vicinae. quid enim simile habet significatio parvi et minutti, cum possit parvum esse, quod non modo nihil 15 minutum sit sed aliquid etiam creverit? dicimus tamen propter quandam vicinitatem minutum pro parvo. sed haec abusio vocabuli in potestate loquentis est; habet enim parvum, ut minutum non dicat. illud magis pertinet ad id quod nunc volumus ostendere, quod, cum piscina dicitur in balneis, in qua piscium nihil sit nihilque simile piscibus habeat, videtur tamen a piscibus dicta propter aquam, ubi piscibus vita est. quod si quis dicat homines piscibus similes natando fieri et inde piscinae nomen esse natum, stultum est repugnare, 20 cum ab re neutrum abhorreat et utrumque lateat. illud tamen bene accedit, quod hoc uno exemplo dijudicare iam possumus, qui distet origo verbi quae de vicinitate adripitur ab ea quae de similitudine ducitur. Hinc facta progressio usque ad contrarium. Nam lucus eo dictus putatur quod minime luceat et bellum quod res bella non sit et foederis nomen quod res foeda non sit. quod si a foeditate porci dictum est, ut non-

1 origo dum esse donec D. B 1, origo querendum esse donec B 2, originem quaerendam esse edd. Facile apparet excidisse quaedam quae sic fere restituenda videntur: 'et quia hoc modo eos urguere facile fuit, si diceres hoc infinitum esse, quibus verbis alicuius verbi originem interpretareris, eorum rursus a te originem exquirendam esse: illi docent hoc tamdiu faciendum esse, donec perveniatur etc.' | 3 catherinarum D. | 3 ista sonare B 1. 2. | 3 ipsae res codd., ipsae om. edd. | 5 auditam D. | 5 ut ipsum lene codd., et ipsum lene edd. Lerschius bene comparat l. c. p. 48 cum hoc loco Demetr. de elocutione § 176, ubi vocabula λέιον et τραχύ αιτ πάγων appellata esse. | 7 asperum D, asperum est edd. | 7 adficiunt D, afficiunt B 2. Ben., efficiunt B 1, efficiunt Er, iam efficiunt Lov. | 7 ut codd., sicut edd. | 7 sentiuntur B 2 edd., sentiantur D (a in rasura, fuit eius loco u). B 1. | 7 sq. mel q. s. gustum nonne tangit acre? In utroque etc. Er. | 7 gustum res ipsa codd., res ipsa gustum Lov. Ben. | 8 leniter codd., suaviter Lov. Ben. | 8 nomine D. B 2, nomen Lov. Ben. | 9 tangitur Lov. | 9 ubi codd., ut edd. | 10 ipsam B 2. | 11 concordet D, concordaret B 1, concordat edd. | 12 duritiae et inter (et in rasura, eius loco prius ae fuisse videtur scriptum) D, duritiæ et inter B 1, duritie et inter B 2; duritiae inter edd. | 13 crucis om. codd. Er, merito addidisse videntur Lov. Ben. | 13 app. sint codd., app. sunt edd. | 13 ventum codd., ventum est edd. | 13 nomen non rei s. cod. Carthusianus ut adnotant Lovanienses, tamen non rei s. codd., non tam rei s. edd. | 14 simile habet significatio codd., simile inter significationem edd. | 14 parum D. | 15 aliquid etiam codd., etiam aliquid edd. | 18 pro] p (i. e. prae) B 1. | 16 dicat D. B 1, dicitur edd. | 17 nunc D. B 1, om. edd. | 17 piscina] Cf. Donati ars gramm. III, 6, 2: 'χατάχησαι' est usurpatio nominis alieni, ut parricidam dicimus qui occiderit fratrem et piscinam quae pisces non habet. haec enim nisi extrinsecus sumantur, suum vocabulum non habent.' — Lexicon vetus in Maii Class. auct. t. VIII p. 443: 'item a pisce — haec piscina, eo quod ibi minime sit piscis.' | 18 nihilque] quum nihil Er, cum nihil Lov. | 18 simile piscibus D. B 1, piscibus simile edd. | 18 dictam D. B 1. | 19 repugnare D. B 1, reputare B. 2, hoc refutare edd. | 20 tamen] enim Er. Lov. | 20 accidi B 2. | 20 hoc om. edd., praebent D. B 1. | 20 dijudicare D. B 2, dilucidare edd. | 21 iam] non Er. Lov. | 21 qui D, quid edd. | 21 abripitur B 2. | 21 dicitur B 2. | 22 facta codd. Er, facta est Lov. Ben. | 22 contrarium] De hoc etymologiae genere, quod contrarium significationem vel contrarietatem Romani, Graeci divisaq[ue] nominare solent, cf. Laurent. Lersch d. Sprachphil. d. Alten t. III p. 132 sq, ubi hic locus Augustini addendus est. Iisdem exemplis quibus Augustinus ad illustrandum hoc genus usi sunt etiam Donat. de trop. p. 1778; Charis. IV. p. 247; Martian. Capella IV §. 360 ed. Kopp; Isidor. origg. I, 36, 24; Donat. ars gramm. 3, 6, 2; Serv. ad Aen. 1, 22. Cf. praeterea Lexicon vetus in Maii Class. auct. t. VIII, p. 308: 'item a luceo hic lucus, ci. i. densum nemus, per antiphrasim i. per contrarium, eo quod ibi minime luceat,' et p. 63: 'bellum, li, secundum quosdam per antiphrasim dicitur a bono.' | 22 eo praebent codd., om. edd.

nulli volunt, redit origo ad illam vicinitatem, cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. Nam ista omnino vicinitas late patet et per multas partes secatur: aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci, per quem foedus efficiatur — aut per effecta, ut puteus, quod eius effectum potatio est, creditur dictus — aut per id quo continetur, ut urbem ab orbe appellatam volunt, quod auspicato locus aratro circumduci solet, cuius rei et Vergilius [Aen. V, 755] meminit, ubi Aeneas urbem designat aratro — aut per id quod continetur, ut si quis horreum mutata littera adfirmet ab hordeo nominatum — aut per abusionem, ut cum horreum dicimus et ubi triticum conditur — vel a parte totum, ut mueronis nomine, quae summa pars gladii est, gladium vocamus — vel a toto pars, ut capillus quasi capitis pilus. Quid ultra provehar? quidquid aliud adnumerari potest, aut similitudine rerum et sonorum aut similitudine rerum ipsarum aut vicinitate aut contrario contineri videbis originem verbi. quam persequi non quidem 10 ultra soni similitudinem possumus, sed hoc non semper utique possumus. innumerabilia sunt enim verba, quorum origo adque ratio reddi non possit: aut non est, ut ego arbitror, aut latet, ut Stoici contendunt. Vide tamen paululum, quomodo perveniri putant ad illa verborum cunabula vel stirpem potius adque adeo sementum, ultra quod quaeri originem vetant nec si quisquam velit potest quicquam invenire. Nemo abnuit syllabus, in quibus v littera locum obtinet consonantis, ut sunt in his verbis primae vafer velum vinum 15 vomis vulnus crassum et quasi validum sonum edere. quod adprobat etiam loquendi consuetudo, cum de quibusdam verbis eas subtrahimus, ne onerent aurem. nam unde est, quod amasti dicimus libentius quam amavisti et nosti quam novisti et abiit non abivit et in hunc modum innumerabilia. Ergo cum dicimus vim, sonus verbi ut dictum est quasi validus congruit rei quam significat. iam ex illa vicinitate per id quod efficiunt, hoc est quia violenta sunt, dicta vincula possunt videri et vimen quo aliquidvinciatur. inde 20

1 redit origo codd., redit ergo edd. | 1 ista codd., et ista edd. | 2 a foeditate porci] Cf. Isidor. Orig. X, 100. | 3 efficiatur codd., efficitur edd. | 3 effecta codd., effectum edd. | 3 puteus] Cf. Isidor. Orig. XIII, 21, 5: 'puteus — a potatione dictus.' Glossar. in' Mai Class. auct. t. VII. p. 576: 'puteus per u, a potando dictus.' | 3 effectum codd., effectus edd. | 3 potatio] putatio D, potio ER. | 4 quo continetur D. B 1, quod continetur B 2, quod continet edd. | 4 urbem ab orbe] Haec duo vocabula ab eadem origine esse ducenda demonstravit Osannus, Pomponii de origine iuris fragm. Gissae 1848, p. 87 sq. | 4 locus aratro circumduci codd., loco circumduci aratro edd. Haec descriptio conditarum urbium de sumpta videtur ex Varrone L. L. V, 143. | 6 continetur edd., continet codd. | 6 mutata littera D. B 1, mutata d littera edd. | 6 ab hordeo] Cf. Apulej. de nota aspirationis p. 107 ed. Osann.: 'Marcus tamen Varro in libro de origine latinae linguae ab hordeo horreum derivatum aspirat, hordeum vero ab horrore tractum dicitur.' In ea parte libri, quae ad nostrum tempus pervenit, haec sola legimus: 'Hordeum ab horrore' (L. L. V §. 106). | 7 horreum D. B 1, hordeum edd. | 7 et ubi D, et ibi edd. | 8 gladii est codd., est gladii edd. | 8 gladium codd., totum gladium edd. | 8 vocamus D, dicimus B 1, vocant edd. | 8 capillos B 1, ut idem mox pilos. Cf. Isidor. Orig. XI, 1, 28: 'capilli vocati quasi capitii pilii.' | 10 persequi codd., prosequi edd. | 11 innumerabilia sunt enim D. B 2, inn. enim sunt edd. Cf. de collocatione vocis enim R. Kühner. ad Cic. Tusc. I, 4, 8. | 12 origo adque ratio scripsi ex conjectura, origo de qua ratio D. B 1, origo aequa ratio B 2, ratio edd. | 12 reddi non possit Lov. Ben., non reddi possit Er., non om. codd. | 12 Stoici B 2. | 13 cunabula verborum B 2. | 13 stirpem codd., ad stirpem edd. Cf. R. Kühner. ad Cic. Tusc. I, 12, 27. | 14 sementum] sementum D, semtuū B 2. Hoc vocabulum sementi in lexicis adhuc non enotatum praeter hunc locum etiam in Augustini serm. (Nov. Patr. Bibl. I, 1 p. 144: mea sementa quae spargis) reperitur. Ceterum suffixa men et mentum constat haud raro uni eidemque radici adiecta esse, ut utraque vox ab altera nihil significations differat, ut vela-men et vela-mentum, vi-men et vi-mentum, mo-men (= mo-mentum) et mo-mentum, quibus nunc addas se-men et se-mentum. | 14 quisquam codd., quis edd. | 14 quicquam codd. Scribendum esse quicquam dixerunt Wagnerus Orthogr. Vergiliana p. 459 et 467 et Lachmannus ad Lucre. V, 264. Haec scriptura in codice Darmstadiensi plurimis locis reperitur, ut Mar. Victorin. p. 17, 10. 151, 26 edit. Orellianae (quidquam semel ibid. p. 53, 10). | 14 abnuit codd., ambigit edd. | 15 syllabus D. | 15 quinta littera B 2. | 15 continent B 2. | 15 primae D. B 2, primae syllabae B 1, primae om. edd. | 15 vafer codd., venter vafer edd. | 16 grassum D. Cf. de hac scriptura quae dixi zeitsch. f. d. wissensch. d. sprache IV p. 118. | 16 sq. de quibusdam codd., de om. edd. | 17 unde D. B 1, inde edd. | 17 dic. lib. codd., lib. dic. edd. | 18 et nosti quam novisti om. edd.; addidi ex D; de codd. B 1 et 2 nihil adnotatum reperio, ut etiam in his haec verba omissa esse videantur. | 18 habuit D. | 19 quaevalidius D, quasi validius B 1. | 19 quam significat codd., quae significatur edd. | 20 violentia B 1. | 20 vincula] Cf. Isidor. Orig. V, 27, 6: 'Vincula a vinciendo — vel quia vi ligant colla.' | 20 possint B 1. | 20 quo al. vinc. om. B 1.

vites, quod adminicula quibus innituntur nexibus prendunt. hinc iam propter similitudinem incurvum senem vietum Terentius [Eun. IV, 4, 21] appellavit. hinc terra, quae pedibus itinerantium flexuosa et trita est, via dicitur. si autem via, quod vi pedum trita est, magis creditur dicta, redit origo ad illam vicinitatem. Sed faciamus a similitudine vitis vel viminis hoc est a flexu esse dictam. quaerit ergo a me quispiam: quare 5 via dicta est? respondeo: a flexu, quod flexum velut incurvum vietum veteres dixerunt, unde vietos etiam quae cantho ambiantur rotarum ligna vocant. persequitur quaerere, unde vietum flexum dicatur: et his respondeo a similitudine vitis. instat adque exigit, unde ita sit vitis nomen; dico, quod vinciat ea quae 10 comprachenderit. scrutatur, ipsum vincire unde dictum sit; dicemus a vi. vis quare sic appellatur, requiret; reddetur ratio, quod robusto et quasi valido sono verbum rei quam significat congruit. ultra quod requirat non habet. Quot modis autem origo verborum corruptione vocum varietur, ineptum est persequi. nam et longum et minus quam illa quae dicta sunt necessarium.

VII. Nunc vim verborum, quantum res patet, breviter consideremus. Vis verbi est, qua cognoscitur quantum valeat. valet autem tantum quantum movere audientem potest. Porro movet audientem aut secundum se aut secundum id quod significat aut ex utroque communiter. Sed cum secundum se movet, aut ad solum 15 sensum pertinet aut ad artem aut ad utrumque. Sensus aut natura movetur aut consuetudine. Natura iudicabit, cum offenditur, si quis nominet Artaxerxes regem, vel mulcetur, cum audit Euryalus. quis enim etiamsi nihil umquam de iis hominibus audierit, quorum ista sint nomina, non tamen et in illo asperitatem maximam et in hoc iudicet esse lenitatem? Consuetudine movetur sensus, cum offenditur, si quis verbi causa vocetur Motta, et non offenditur, cum audit Cotta. nam hic ad soni suavitatem vel insuavitatem 20 nihil interest, sed tantum valent aurium penetralia, utrum per se transeuntes sonos quasi hospites notos an ignotos recipient. Arte autem movetur auditor, cum enuntiato sibi verbo adtendit, quae sit pars orationis, vel

1 vites | Cf. Isidor. origg. XVII, 5: 'Vitis dicta, quod vim habeat citius radicandi. alii putant vites dictas, quia se invicem vittis innescant viciniisque arboribus reptando religentur.' Lexicon vetus in Maii Class. auct. t. VIII p. 609: 'Vincio — inde haec vitis, is; inde haec vitiligo, nis. i. vimen cum quo vitis ligatur.' | 1 adminicula — prendunt] codd. (adminicula B 1), adminiculis quibus viciantur nexibus pendent edd. | 1 iam codd., etiam edd. | 2 vietum | Cf. Lexicon vetus in Maii Class. auct. t. VIII p. 612: 'Via, ae; inde — secundum quosdam vietus, vetus senex veternosus.' | 2 itinerantium] haec vox, quae a lexicographis ex Salvian. de gub. Dei affertur, apud Augustinum praeter hunc locum etiam de musica VI, 1 reperitur, ubi est itinerandi necessitas. | 3 quod codd., quae edd. | 3 vis B 1. | 3 magis codd., om. edd. | 4 dicta B 2. | 4 a me Ben., me D. Lov. (ap. Er. est quaeritne quispiam). | 5 quod codd., quia edd. | 5 vietum D, ut idem mox victos. | 6 etiam quae codd., quod edd. | 6 cantho] cantu D. B 1, canto B 2, Er. Lov. | 7 hinc resp. Er. Lov. | 8 unde ita sit vitis nomen D (fuit ista, s. erasum). B 1, unde istud viti sit n. B. 2, unde istud sit viti n. edd. | 7 quod viciat B 2, quid viciat D. B 1, quod vineit Er, quia vineit Lov. Ben. | 8 dicemus codd. (e in ras, fuit dicimus D). Er, dicimus Lov. Ben. 8 a vivis. quare B 1. 2. | 9 redditur codd., redditur edd. | 9 quod codd., quia edd. | 9 quasi codd., om. edd. | 9 quam significat codd., quae significatur edd. | 9 ultiro B 2. | 10 persequi D. B 1, prosequi edd. | 11 necessarium D. B 1, necessarium est edd.

Cap. VII. 12 patet codd., patitur edd. | 13 mov. aud. D. B 1, aud. mov. edd. | 15 sensus aut codd. Er., sensus autem aut Lov. Ben. | 15 sq. Natura iudicabit cum off.] sic scripsi ex conjectura, Natura uitauit cum off. D. B 1, Natura viciavit quod off. B 2, Natura movetur in eo quod off. edd. Quod recepi verbum iudicabit, proxime id abesse videtur a lectione codicum, commendatur autem iis quae paulo post scripta sunt ex utroque id est et sensu et arte de verbo iudicatur, cum etc. Subiectum verbi iudicabit ex proximo enuntiato est audiendum — est autem v. sensus — ut natura sit ablatus casus. | 16 nom. Artaxerxes] nomine^t tartarersen D, nominet artarersen B 1, nominet tartaxersen B 2, n. Artaxerxes edd. Scriptura Artaxerxes et Xerses in codicibus Latinis non ita raro reperitur, ut Xersen Vell. II, 33, 4 in ed. pr. et apogr. Amerb., Xerses et Xersis Luc. Ampel. 12, 12 et 14, 1 (ed. Woelflin.) in apogr. Salmasii, Artaxerxes et Xerses Hinerar. Alexandri in Maii Class. auct. t. VII p. 33 et 36 bis. In Graecis codicibus si item reperiatur Σέργος et Αρταξέρχος, fortasse hae formae non errore librariorum ortae sunt, cum proprius accedant ad Persicam huius nominis formam Khshjarshā. | 16 et cum (eraso et) D. | 16 Euryalus D. Ben., cum propius accedant ad Persicam huius nominis formam Khshjarshā. | 16 et cum (eraso et) D. | 16 Euryalus D. Ben., cum propius accedant ad Persicam huius nominis formam Khshjarshā. | 17 iis D, his B 2. edd. | 17 omnibus B 2. | 17 sint D, sunt edd. | 17 non tantum B 2. | 17 et in illo D. B 1, et om. B 2. edd. | 18 sq. si quis — non offenditur] haec vv., quae in D leguntur, in edd. desunt atque de B 1 et 2 cum nihil enotatum sit, in his quoque omissa esse videntur. | 19 Cotta D. B 1, quiddam edd. | 19 soni suav. codd., suav. soni edd. | 20 tantum codd., tamēn edd. | 20 val. a. p. codd. Er., val. a. p. movere Lov. Ben., monere esse in MS. Carthusiano adnotant Lovanienses.

si quid aliud in his disciplinis quae de verbis traduntur accepit. At vero ex utroque id est et sensu et arte de verbo iudicatur, cum id, quod aures metiuntur, ratio notat et nomen ita ponit, ut, cum dicitur optimus, mox, ut aurem longa una syllaba et duae breves huiuscem nominis perecesserint, animus ex arte statim pedem dactylum agnoscat. Iam vero non secundum se, sed secundum id quod significat verbum movet, quando per aurem accepto signo animus nihil aliud quam rem ipsam intuetur, cuius illud signum est quod accepit: ut 5 cum Augustino nominato nihil aliud quam ego ipse cogitor ab eo cui notus sum, vel quilibet hominum menti occurrit, si forte hoc nomen vel qui me ignorat audierit, vel qui alium novit qui Augustinus vocetur. Cum autem simul et secundum se verbum movet audientem et secundum id quod significat, tunc et ipsa enuntiatio et id quod ab ea enuntiatur simul advertitur. Unde enim est, quod non offenditur aurium castitas, cum audit [Sall. Cat. 14] manu ventre pene bona patria laceraverat? Offenderetur autem, si obscena pars 10 corporis sordido ac vulgari nomine appellaretur, cum res eadem sit cuius utrumque vocabulum est, nisi quod in illo turpitudine rei quae significata est decore verbi significantis operitur, in hoc autem sensum animumque utriusque deformitas feriret: veluti non alia meretrix, sed aliter tamen videtur eo cultu, quo ante iudicem stare adsolet, aliter eo quo in luxuriosi cubiculo iaceret. Cum igitur tantam vim tamque multiplicem appareat esse verborum, quam breviter pro tempore summatimque attigimus, duplex hinc consideratio sensus nascitur: partim 15 propter explicandam veritatem, partim propter conservandum decorem; quorum primum ad dialecticum, secundum ad oratorem maxime pertinet. quamvis enim nec disputationem deceat ineptam nec eloquentiam oporteat esse mendacem, tamen et in illa saepe adque adeo pene semper audiendi delicias discendi cupidio contemnit et in hac imperitior multitudo quod ornate dicitur etiam vere dici arbitratur. Ergo cum appareat, quid sit uniuscuiusque proprium, manifestum est et disputatorem, si qua ei delectandi cura est, rhetorico colore aspergendum et oratorem, si veri- 20

¹ disdiscinbis D. Cf. Donat. ars gramm. III, 1, 3: 'per transmutationem litterae [flunt barbarismi] sicut Evander pro Evander; syllabae ut disdisciplina pro disciplina.' Eadem dicit Consentius p. 16 ed. Crameri et Augustin. de gramm. (Nov. Patr. Bibl. I, 2 p. 181): 'si dicat disdisciplina pro disciplina, transmutatio syllabae in vitio est.' | 2 ponit codd., deponitur Er, ponitur Lov. Ben. | 2 cum D. B 1, om. edd. | 3 huiuscem D. B 1, huius se B 2, huius edd. | 4 agnoscat. Iam] sic scripsi ex conjectura, agno.^{scit} scientiam D, agnoscit Scientiam B 1, agnoscit Scientia B. 2, agnoscit. Sensum edd. In vetusto exemplari verbis non distinctis scripto, ex quo D descriptus est, fuisse suspicor agnoscantiam, pro agnoscat iam, quod mendi genus saepius reperitur cum in aliis codd. tum in D. Ultimae autem prioris vocis litterae scant cum errore librarii cum sequente voce iam coniunctae essent et inde facili mutatione litterarum ortum esset vocabulum scientiam, librarius codicis D, ut suppleret quae deficere viderentur litterae, supra versum scripsit scit. Ex his lectio ceterorum codicum profecta est. | 5 aurem sic scr. ex coni., urbem D. B 1, verbum edd. | 5 alint D. | 5 rem ipsam codd., ipsam rem edd. | 27 Agustino B 2. A pro au recentiorum Italorum est. Exempla eius usus iam sexto saeculo reperiuntur, ut Agustini in inscriptione codicis sermonum Augustini Bobbiensis (cf. Mai Nov. Patr. Bibl. I, 1, tabula aeri incisa I). Alia exempla ex inscriptionibus collecta haec sunt: agusto inser. in Mai Coll. Vat. t. v pg. 96, 1; agusti ibid. pg. 415, 1; acust. ibid. pg. 448, 4. | 6 eo codd., ipso edd. | 6 quilibet Ben., cuilibet (c in rasura, loco eius fuit q) D, cuilibet B 1. 2. Lov. Er. | 6 sq. mentio currit D. B 1. | 7 si forte D. B 1. Er, si om. Lov. Ben. | 9 ab ea codd., ab eo edd. | 9 enuntiatur edd., nuntiatur codd. | 9 Unde enim quod codd. Addendum putavi est. Edd.: Unde enim fit quod | 10 pone D. B 1, pone B 2. | 10 bona patriae B 1, bonam patriam B 2. | 10 lacarauerat D, lacarauerat B 1. | 12 obscena] sic codd. | 10 – 13 Offenderetur autem – veluti] Singula membra huius periodi, quae in codd. recto ordine disposita sunt, in editionibus misere dilacerata et falso transposita leguntur hoc modo: Offenderetur autem, si obscena pars – appellaretur: in hoc autem s. a. q. u. d. offendere, nisi illa turpitudine r. q. s. e. d. v. s. operiretur, cum res eadem sit, cuius utrumque voc. est, veluti etc. | 12 in illo D, illo B. 1. 2. | 12 significatata D. | 16 significanti D. B 1 | 12 operitur codd., operiretur edd. | 13 feriret emendavi, ferret D. B 1, terret B 2, offendere edd. Ferire sensum animumque pro eo quod est offendere vel commovere ab usu linguae latinae non abhorrente demonstrant hi loci: Lucan. VI, 742, II, 23. Lucre. IV, 261. | 13 alia] aria D. B 1. | 13 meritrix B 1. | 14 adsolet D. B 1, assolet B 2. | 14 luxuriosi (supra v. scr. v) D. 14 iacet B 2. | 15 attingimus B 2. | 15 duplex hinc consideratio sensus nascitur sic emendavi, duplex hinc ex consideratione s. n. D, duplex hinc ex consideratione s. n. B 1, d. hic^{ex} consideratione s. n. edd. (ap. Er. deest sensus). | 16 conservandum codd., servandum edd. | 17 oportet B 1, oportem D pr. manu (m erasum eiusque in locum substitutum aliud quiddam, quod utrum t sit an at, difficile est ad distinguendum). | 18 in illas D. | 20 rhetorico B 2. | 20 asperg. D.

tatem persuadere vult, dialecticis quas nervis atque ossibus esse roborandum, quae ipsa natura in corporibus nostris nec firmitati virium subtrahere potuit nec oculorum offensione patere permisit.

Itaque nunc propter veritatem dijudicandam, quod dialectica profitetur, ex hac verborum vi, cuius VIII. quaedam semina sparsimus, quae impedimenta nascantur, videamus. Impedit enim auditorem ad veritatem 5 videndam in verbis aut obscuritas aut ambiguitas. Inter ambiguum et obscurum hoc interest, quod in ambiguo plura se ostendunt, quorum quid potius accipiendum sit ignoratur, in obscuro autem nihil aut parum quod adtendatur apparet. Sed ubi parum est quod apparet, obscurum est ambiguo simile: veluti si quis ingrediens iter excipiatur aliquo bivio vel trivio vel etiam ut ita dicam multivio loco ibique densitate nebulae nihil viarum quod est eluceat. ergo a pergendo prius obscuritate terretur; at ubi aliquantum rarescere nebulae 10 cooperint, videtur aliquid, quod utrum via sit an terrae proprius et nitidior color incertum est. dilucenter autem caelo quantum oculis satis sit iam omnium viarum deductio clara est, sed qua sit pergendum non obscuritate sed ambiguitate dubitatur. Item sunt obscurorum genera tria. Unum est quod sensui patet, animo clausum est: tamquam si quis malum punicum pictum videat, qui neque viderit aliquando nec omnino quale esset audierit, non oculorum est, sed animi, quod cuius rei pictura sit nescit. Alterum 15 genus est, ubi res animo pateret, nisi sensui clauderetur: sicuti est homo pictus in tenebris. nam ubi oculis apparuerit, nihil animus hominem pictum esse dubitabit. Tertium genus est, in quo etiam sensui absconditur, quod tamen si nudaretur nihilo magis animo emineret, quod genus est omnium obscurissimum: ut si imperitus malum illud punicum pictum etiam in tenebris cogeretur agnoscere.

Refer nunc animum ad verba, quorum sunt istae similitudines. Constitue animo quempiam grammaticum 20 convocatis discipulis factoque silentio suppressa voce dixisse temetum, quod ab eo dictum qui prope adsidabant satis audierunt, qui remotius parum, qui autem remotissime nulla omnino voce perstricti sunt. horum autem illi qui remotiores erant nescio quo casu partim sciebant, quid esset temetum, partim ignorabant; illos vero qui magistri vocem bene acceperant quid esset temetum prorsus latebat: omnes obscuritate impediabantur. Et hic iam perspicis omnia illa tria genera obscuritatum. Nam qui de auditu nihil dubitabant, primum illud 25 genus patiebantur, cui simile est malum punicum ignorantibus sed in luce pictum. qui noverant verbum sed auribus aut parum aut omnino non acceperant vocem, secundo illo genere laborabant, cui similis est hominis imago sed in non perspicuo aut omnino tenebrioso loco. qui autem non solum vocis sed et significationis verbi expertes erant, tertii generis, quod omnium taeterimum est, cæcitate involvebantur. quod autem dictum

1 in corp. codd., in om. edd. | 2 offensione] offensionem D. B 1, offensioni edd. Scribendum esse putavi id, quod proxime abesse videtur a lectione codicum. Ablativus autem offensione hoc loco ita positus est, ut idem significet quod praepositio cum: cum oculorum offensione patere. | 3 prophitetur D. | 4 nascuntur B 1.

Cap. VIII. 4 sqq. Impedit — ambiguitas] Impédit auditör ad veritatem videndam. Impédimenta enim nascuntur ex difficultate intelligentiae, quae multa intelliguntur, quia in uno eodem verbo per se prolato, magna est aut obscuritas aut ambiguitas Er. Lov. | 4 enim D. B 1, om. Ben. | 4 uarietatem D. B 1. | 5 amb. et obse. D. B 2, obse. et amb. edd. | 5 quid in Ben. | 8 tribio D. | 8 multivio] hoc v. in lexicis ex Appuleii Met. enotatur. | 8 ibique D, ubique B 1, sed edd. | 9 terretur D. B 1 (in B 2 propter fissuram membranae hoc loco obviam, utrum terretur an tenetur scriptum fuerit, internosci non potest), tenetur edd. | 9 aut ubi D. | 9 aliquanto B 2, aliquando Er. | 10 intidior Ben. | 11 autem codd., om. edd. | 11 diductio B 2. | 11 peragendum Ben. | 13 aliquando donec D. | 14 quod cuius D. B 2 (in B 1 propter maculam superfuso atramento h. l. factam nihil discerni potest), qui cuiusque Er. Lov., quod cuiusce Ben. | 15 sicuti D, sic B 2 (in B 1 macula quam modo dixi impedit lectionem), sicut edd. | 16 apar. B. 2. | 16 esse codd., om. edd. | 16 dubitanit D. B 2. Er. | 17 imineret B 2. | 19 Refert D. B 1. | 19 sunt istae D. B 2, istae sunt edd. | 19 similitudines. Constitue animo quemp. D. B 1, sim. constitutae. Pone quemp. edd. De hoc usu imperativi constitue cf. infra cap. X: 'itaque iam constitue aliquem sic audire.' | 20 supressa B. 2. | 21 prestricti B 2. | 21 horum] In D una plagula perit, in qua scripta exstabant vv. autem illi qui remotiores erant — et lepore sermonis quasi (cap. IX). | 21 sqq. horum — latebat] sic B 1, nisi quod v. 23 pro eo, quod ex coniectura reposul bene, in illo scriptum est ne; a B 2 absunt vv. partim ignorabant — acceperant quid esset temetum; in edd. est horum autem partim sciebant, illi scilicet qui nescio quo casu remotiores erant, quid esset temetum; reliquos prorsus latebat. | 24 de auditu B 1. 2, de om. edd. | 26 ut parum B 1. | 27 in non perspicuo aut omn. tenebrioso loco B 1 et 2 (tenebroso), non in conspicuo sed omnino tenebrioso loco edd. | 28 omnium taeterimum B 1 (tet.) et B 2, omnino deterrimum edd. | 28 quid B 1.

esse quiddam obscurum ambiguo simile, in his perspici potest, quibus verbum erat quidem notum sed vocem nec penitus nullam nec omnino certam perceperant. Omnia igitur obscure loquendi genera vitabit, qui et voce quantum satis est clara nec ore impedita et verbis notissimis utetur. Vide nunc in eodem grammatici exemplo, quam longe aliter impedit ambiguitas quam obscuritas verbi. Fac enim eos qui aderant et satis sensu accepisse vocem magistri et illum id verbum enuntiasse quod esset omnibus notum: utpote fac eum 5 dixisse magnus et deinde siluisse. adtende, quae incerta hoc auditio nomine patientur. quid si enim dicturus quae pars orationis? quid si de metris quae sit pes? quid si de historia ut puta magnus Pompeius quot bella gesserit? quid si commendandorum carminum gratia dicturus est magnus est paene solus poeta Vergilius? quid si obiurgaturus neglegentiam discipulorum in haec deinde verba prorumpet magnus vos erga studia torpor invasit? videsne remota nebula obscuritatis illud quod 10 supra dictum est quasi eminuisse multivium? nam hoc unum quod dictum est magnus et nomen est et pes chorus est et Pompeius est et Vergilius et neglegentiae torpor et si qua alia vel innumerabilia non commemorata sunt, quae tamen per hanc enuntiationem verbi possunt intellegi.

Itaque rectissime a dialecticis dictum est ambiguum esse omne verbum. nec moveat quod apud Ciceronem calumniatur Hortensius hoc modo ambiguia se audere aiunt explicare dilucide. idem omne 15 verbum ambiguum esse dicunt. quomodo igitur ambiguia ambiguis explicabunt? nam hoc est in tenebras extinctum lumen inferre. facete quidem atque callide dictum, sed hoc est quod apud eundem Ciceronem Scaevola dicit Antonio [de orat. I, 10, 44] denique ut sapientibus diserte, stultis etiam vere videaris dicere. quid enim aliud illo loco fecit Hortensius nisi acumine ingenii et lepore sermonis quasi meraco et suavi poculo inperitis caliginem obfudit? quod enim dictum est omne verbum 20

¹ esse B 1, est edd. | 1 quiddam B 1. 2, quoddam Lov. Ben., om. Er. | 1 erat om. B 2. | 2 nec penitus B 1. 2, nec om. edd. | 2 nec omnino B 1, aut non omnino edd. | 2 obscure B 1. 2, obscura edd. | 2 vitavit B 1. | 3 impedita B 2. Er, impedito Lov. Ben. | 4 aliter B 1, aliud B 2, alias edd. | 4 impedit] Er. in margine adnotat: 'al's impeditat.' | 5 illum id verbum B 1, illud eis verbum B 2, id om. edd. | 5 utputa fac Er. Lov. | 6 quae incerta B 1. 2, quid incerti edd. | 6 enim B 1, om. edd. | 7 quae p. or. B 1. 2, quae p. or. est edd. | 7 quis sit B 2. Er. Lov. | 7 de historia B 1, historia rogaturus B 2, historiam interrogaturus edd. | 8 quod bella B 1. | 8 sq. commendaturus carmina grammaticus dict. est Er. Lov. (commentat.). | 10 prorumpet B 1. 2, prorumpat edd. | 10 erga studia B 1. 2, ob studium disciplinae edd. | 11 multivium B 1. | 12 corius B 2. | 12 Pompeius, omissio est, B 2. | 12 Virgilius B 1, Virg. est edd. | 12 necleg. B 2. | 12 qualia B 1.

Cap. IX. 14 Itaque rect. a dial etc.] Hoc in primis Chrysippus Stoicus docuit omne verbum esse ambiguum, quod cum ab aliis proditur memoriae, tum vero a Gellio, apud quem N. A. XI, 12 haec legimus: 'Chrysippus ait omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possint.' Cf. Laur. Lersch, die Sprachph. d. Alten III p. 54 sq. | 14 dielect. B 2. | 14 sqq. nec moveat quod apud Cic. — ambiguam esse dicunt] De emendando hoc loco quae fusius latiusque nuper disputavi in Jahmii Annalibus (LXXV p. 79 sq.), ea nunc retractare facile posse mihi video supersedere. Quare satis erit varias lectiones codicum et editionum me proferre. Apud Erasmum enim haec scripta sunt: nec moveat quod apud Cic. calumniator Hortensius huiusmodi ambiguia se audere explicare, dilucide omne verbum ambiguum esse dixit. Cum his consentiunt Lovanienses praeterquam quod calumniatur pro calumniator scripserunt. Benedictini autem verba scriptoris in hunc modum constituerunt: nec — calumniatur Hortensius hoc modo: Ambigua se aiunt audire acute, explicare dilucide: item omne verbum a. e. dicunt. Atque in hac lectione consentire videntur codd. B 1 et 2, de quibus nihil annotatum est nisi idem (h. e. idem) scriptum esse pro item. Quae cum ita sint, in constitutis verbis praecipue Benedictinos secutus sum. | 15 calumniatur B 2. | 15 Hortensius] Ex Ciceronis Hortensio quae hoc loco ab Augustino afferuntur, ex priore libro desumpta esse videntur, quippe quo libro Hortensius in eorum sententiam videatur disputasse, qui vituperabant philosophiae studium et inutile esse contendebant. Atque Hortensium quanti Augustinus aestimaverit, cum ex eo intellegi potest, quod multis scriptorum suorum locis illum librum adhibet laudatque, tum vero ab ipso Conf. III, 4 plane ac dilucide confirmatur. | 17 tenebris Er. | 17 facie B 1, facile edd. Scribendum est facete. | 17 calidum Er. | 18 Scaevola dicit Antonio B 1. 2 (Scaebola), Scaevolae dicit Antonius edd. Verba laudata Scaevolae a Cicerone tribuuntur, itaque editionum lectio mendosa reicienda est. | 18 dehinc quae B 2. | 18 Pro sapientibus apud Ciceronem scriptum est prudentibus. Apparet igitur Augustinum memoriter locum protulisse. | 19 videaris dicere B 2. edd. (videaris, omissio dicere, B 1). In prioribus Ciceronis editionibus scriptum est dicere videaris, Ellendius autem et Orellius (2 edit.) receperunt videare dicere. | 19 illo loco fecit B 1. 2, loco illo facit edd. | 20 labore Er. — 20 obfudit codd., offundit edd.

esse ambiguum de verbis singulis dictum est. explicantur autem ambigua disputando et nemo utique verbis singulis disputat. nemo igitur ambigua verba verbis ambiguis explicabit. et tamen cum omne verbum ambiguum sit, nemo verborum ambiguitatem nisi verbis sed iam coniunctis quae ambigua non erunt explicabit. ut enim, si dicerem omnis miles bipes est, non ex eo sequeretur, ut cohors ex militibus utique bipedibus ista 5 constaret, ita, cum dico ambiguum esse omne verbum, non dico sententiam, non disputationem, quamvis verbis ista texantur. Omne igitur ambiguum verbum non ambigua disputatione explicabitur.

Nunc ambiguitatum genera videamus; quae prima duo sunt, unum in his etiam quae dicuntur, alterum quod in his solis quae scribuntur dubitationem facit. nam et si quis audierit acies et si quis legerit, potest incertum habere, nisi per sententiam clarescat, utrum acies militum an ferri an oculorum dicta vel scripta sit. 10 at vero si quis inveniat scriptum verbi causa leporem nec appareat qua sententia positum sit, profecto dubitabit, utrum paene ultima huius verbi syllaba producenda sit ab eo quod est lepus an ab eo quod est lepus corripienda — quam scilicet non pateretur ambaginem, si accusativum huius nominis casum voce loquentis acciperet. Quod si quis dicat etiam loquenter male pronuntiare potuisse, iam non ambiguitate sed obscuritate impediretur auditor ex illo tamen genere quod ambigu simile est, quia male latine pronuntiatum verbum 15 non in diversas notiones trahit cogitantem sed ad id quod appetit inpellit. Cum igitur duo ista genera inter se plurimum distent, primum genus rursus in duo dividitur. nam quidquid dicitur et per plura intellegi potest, eadem scilicet plura aut non solum vocabulo uno sed una etiam definitione contineri queunt aut tantum communi tenentur vocabulo sed diversis expeditionibus explicantur. ea quae una definitio potest includere univoca 20 vocantur, illis autem quae sub uno nomine necesse est diverse definiri aequivocis nomen est. Prius ergo consideremus univoca, ut, quoniam genus hoc iam definitione patefactum est, inlustrentur exemplis. hominem cum dicimus, tam puerum dicimus quam iuvenem, quam senem, tam stultum quam sapientem, tam magnum quam parvum, tam civem quam peregrinum, tam urbanum quam agrestem, tam qui ianit fuit quam qui nunc est, tam sedentem quam stantem, tam divitem quam pauperem, tam agentem aliquid quam cessantem, tam gaudentem quam maerentem vel neutrum. sed in his omnibus dictionibus nihil est, quod non ut hominis 25 nomen acceptit ita etiam hominis definitione claudatur. nam definitio hominis est animal rationale

1 esse ambiguum de verbis singulis codd., amb. esse de sing. verbis edd. | 1 autem codd., om. edd. | 2 explicauit D. | 3 verborum ambiguitatem codd. (ambiguitate B 2), verbum ambiguum edd. | 3 iam codd., etiam edd. | 3 quae codd., quae iam edd. | 3 erunt codd., sunt edd. | 4 dicerem codd., diceretur edd. | 4 quoors B 2. | 4 utique codd., om. edd. | 4 ista D., ita B 1. 2. Er. (in margine: forte tota), tota Lov. Ben. | 5 constarent D. | 5 ambiguum — non dico om. B 1. | 5 ambiguum est B 2. | 7 sq. his utroque loco codd., iis edd. | 8 nam et si codd., nam si (omisso et) edd. | 8 acies] Cf. Cassiodor. de orat. c. 1 (t. II pg. 562 b ed. Garet.): ‘homonyma ut si dicamus aciem, incertum est enim cuius rei dixerimus, nam dicitur et oculorum acies h. e. intentio et ferri h. e. acumen et exercitus h. e. ordo.’ | 8 potest D. B 1, poterit edd. | 10 sq. dubitauit D. | 11 paene ultima D. Non raro pro paenultimo in codd. reperitur paene ultimus; illud enim satis constat ex his vocabulisi vocem esse compositam. Exempla eius usus collegit Forcellinius in lexico s. v., quibus addas Alcuin. de orthogr. B. (ed. Froben. t. II. pg. 303) et Prisciani codices, de quibus vide M. Hertzii praefationem p. XXXIII. Cf. Vetus lexicon in Mail Class. auct. t. VIII pg. 618: ultimus componitur penultimo i. pene ultimus. | 12 ambaginem D., ambagionem B 1. 2, ambagem edd. Vocabulum ambaginis, cuius mentionem facit Serv. ad Aen. I. 293 [non II, 297, quod post Forcellinium in multis lexicis reperitur] ex solo Manilio a lexicographis enotatur. | 12 nomine D. | 13 etiam codd., om. edd. | 15 notiones D., nationes B 1, rationes edd. | 15 duo ista codd., ista duo edd. | 17 sq. aut non solum — tenentur codd. (quaeunt D.), aut uno vocabulo et una interpretatione aut tantum uno tenentur edd. | 18 potest edd., est D. B 1. | 18 univoca] οὐνόνυμα λέγεται, ὃν τὸ τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ πατέρα τοῦντος λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός, οἷον ζῷον ὃ τε ἀνθρώπος καὶ ὁ βοῦς Aristot. Categ. 1 — univocum est quando duarum aut plurium rerum unum nomen est et definitio Mart. Cap. IV §. 356. Cf. præterea Isid. Origg. II, 26, 3. | 19 diverse definiri codd., definire diverse edd. | 19 aequivocis codd., aequivoce edd. Aequivoca sunt quae Aristoteles nominat homonyma (οὐνόνυμα λέγεται ὃν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ πατέρα τοῦντος λόγος τῆς οὐσίας ἔτις, οἷον ζῷον ὃ τε ἀνθρώπος καὶ τὸ γηραιμένον, Categ. 1). Post Augustinum nomine aequivocorum utitur Martianus Capella IV §. 355, ubi vide quae a Koppio adnotantur. | 20 quoniam] qm. (h. e. quoniam) D., quomodo edd. | 20 definitione D., om. edd. | 20 inlustrentur D. B 1, illustretur edd. | 24 est om. B 1. | 25 Cf. Augustin. de magistro c. 8 §. 24: ‘vel etiam tota definitio (hominis) diceretur id est animal rationale, mortale.’ De hac definitione hominis, quae apud dialecticos usitatissima erat, cf. Kopp. ad Mart. Cap. IV §. 349.

mortale. num ergo quisquam potest dicere animal rationale mortale iuvenem tantum, non etiam puerum aut senem esse aut sapientem tantum, non etiam stultum? immo et ista et cetera quae numerata sunt sic ut hominis nomine ita etiam definitione continentur. nam sive puer sive stultus sive pauper sive etiam dormiens, si animal rationale mortale non est, nec homo est; est autem homo; illa igitur etiam definitione contineatur necesse est. et de ceteris quidem nihil ambigetur. de puero autem parvo aut stulto seu prorsus fatuo aut de dormiente vel ebrio vel furente dubitari potest, quomodo possint esse animalia rationalia. potest omnino defendi, sed ad alia properantibus longum est. ad id quod agitur illud satis non esse istam definitionem hominis rectam et ratam, nisi et omnis homo eadem contineatur et praeter hominem nihil. Haec sunt igitur univoca, quae non solum nomine uno sed una etiam eiusdem nominis definitione claudantur, quamvis et inter se propriis nominibus et definitionibus distingui possint. diversa enim nomina puer adulescens dives et pauper liber 10 et servus et si quid aliud differentiarum est. ideo diversas inter se proprias definitiones habent. sed ut illis unum commune nomen est homo, sic et animal rationale mortale definitio una communis est.

Nunc aequivoca videamus, *in quibus* ambiguitatum perplexio prope infinita silvescit. conabor tamen X. eas in genera certa distinguere. utrum autem conatum meum facultas sequatur, tu iudicabis. Ambiguitatum 15 igitur quae ab aequivocis veniunt prima genera tria sunt: unum ab arte, alterum ab usu, tertium ab utroque. Artem nunc dico propter nomina, quae in verborum disciplinis verbis inponuntur. Aliter enim definitur apud grammaticos, quid sit aequivocum, aliter apud dialecticos. et tamen unum hoc quod dico Tullius et nomen est et pes dactylus et aequivocum. itaque si quis ex me flagitet ut definiam quid sit Tullius, cuiuslibet notionis explicatione respondeo. possum enim recte dicere: Tullius est nomen, quo significatur homo, summus quidam orator, qui Catilinae coniurationem consul oppressit. subtiliter attende me nomen ipsum definisse. 20 nam si mihi Tullius ipse ille, qui si viveret digito demonstrari posset, definiendus foret, non dicerem: Tullius est nomen, quo significatur homo; sed dicerem: Tullius est homo et ita cetera adiungerem. item responderi possem hoc modo: Tullius est pes dactylus his litteris constans — quid enim nunc opus est eas litteras enumerare? licet etiam dicere: Tullius est verbum, per quod aequivoca inter se sunt omnia cum hoc ipso quae supra dicta sunt et si quid aliud inveniri potest. Cum igitur hoc unum quod dixi Tullius secundum 25 artium vocabula tam varie mihi definire licuerit, quid dubitamus esse ambiguorum genus ex aequivocis venientium, quod merito dici possit ex arte contingere? diximus enim aequivoca esse, quae non ut uno nomine ita etiam una definitione possunt teneri. Vide nunc alterum genus, quod ex loquendi usu venire memoravimus. usum nunc appollo illud ipsum propter quod verba cognoscimus. quis enim verba propter verba conquirat et colligat? Itaque iam constitue aliquem sic audire, ut ei notum sit nihil de partibus orationis 30

1 num. D. B 1, non edd. | 1 sq. puerum aut senem esse aut sap. tantum codd., senem et puerum etc. aut sap. esse tantum edd. | 4 etiam codd., om. edd. | 5 ambigetur D. B 1, ambigitur edd. | 5 seu D. B 2, sive Lov. Ben., aut Er. | 6 possint D. B 1, possunt edd. | 6 esse om. B 1. | 6 sq. potest omnino defendi codd., etiam omnino defendi Er., etiam si possit defendi. | 7 satis D. B 1 Er., satis est Lov. Ben. | 7 ista D. B 1. | 8 et ratam codd., om. edd. | 9 claudantur D. B 1, clauduntur edd. | 10 possint codd., possunt edd. | 10 adulescens B 2, aduliscens D. | 11. si quid codd., si quod edd. | 11 ideo diversas inter se proprias D., et in eo diversas i. s. pr. B 1, ideo et inter se pr. B 2, et inter se ideo proprias Er. Lov., et inter se adeo pr. Ben. | 11 habent D. B 1, habebunt edd. | 12 communione Ben. | 12 et om. edd.

Cap. X. 13 in quibus om. D. B 1; retinui haec verba, quae ab editoribus videntur esse addita. | 14 facultas codd., haec facultas edd. | 15 prima codd., primo edd. | 16 Artem D. B 1, Arte edd. | 16 apud D. B 2. | 17 aliter apud dial. om. codd. mei, Er. — Lovanienses adnotant: 'MS. [Carthusianus] addit, et aliter apud dialecticos.' | 17 unum hoc codd., hoc unum edd. | 18 ex me "flagitet D., ex me effl. edd. | 19 est nomen codd., nomen est edd. | 19 quod sign. D. | 20 oppress. D. | 21 ille D. B 1, om. edd. | 21 demonstrari codd., monstrari edd. | 21 posset D, potuisse edd. | 22 quod sign. D. | 23 hoc modo codd., Hoc nomen edd. | 23 pes codd., om. edd. | 23 quid enim nunc — enumerare codd., quod enim eas litteras habeat opus est innuere edd. | 24 etiam codd., enim edd. | 24 aequivoca inter se sunt codd., aequivocantur inter se edd. | 25 inueniri D. | 25 potest] post hoc v. in edd: adduntur verba Sed dico, quae absunt a codd. | 25 igitur codd., ergo edd. | 25 unum codd. Er., nomen Lov. Ben. | 26 uariae D. | 26 definire licuerit codd. (dif. B 2), licuit definire edd. | 28 dif. B 2 | 28 Vide codd., Unde edd. | 28 genus est edd. | 29 memorabimus D. | 29 illud ipsum codd., illud verbum edd. | 30 ei notum codd., notum ei edd.

aut de metris quaeri aut de verborum aliqua disciplina. tamen adhuc potest, cum dicitur Tullius, aequivocorum ambiguitate impediri. hoc enim nomine et ipse qui fuit summus orator et eius picta imago vel statua et codex quo eius litterae continentur et si quid est in sepulchro eius cadaveris significari potest. diversis enim notionibus dicimus: Tullius ab inferitu patriam liberavit et Tullius inauratus in Capitolio stat et 5 Tullius totus tibi legendus est et Tullius hoc loco sepultus est. unum enim nomen, sed diversis haec omnia definitionibus explicanda sunt. Hoc igitur genus aequivocorum est, in quo iam nulla de disciplina verborum oritur ambiguitas sed de ipsis rebus quae significantur. At si utrumque confundat audientem vel legentem, sive quod ex arte sive quod ex loquendi usu dicitur, nonne tertium genus recte adnumerabitur? cuius exemplum in sententia quidem apertius apparet, ut si quis dicat: multi daetylico metro scripserunt ut est 10 Tullius. nam hic incertum, utrum Tullius pro exemplo daetyli pedis an daetylici poetae positum sit, quorum illud ex arte hoc ex usu loquendi accipitur. sed in simplicibus etiam verbis contingit, tamquam si hoc verbum grammaticus audientibus discipulis enuntiet, ut supra ostendimus.

Cum igitur haec tria genera manifestis inter se rationibus differant, rursum primum genus in duo dividitur. Quidquid enim ex arte verborum facit ambiguitatem, partim sibi pro exemplo esse potest, partim 15 non potest. Cum enim definiero, quid significet nomen, possum hoc ipsum exempli gratia supponere. etenim hoc quod dico nomen utique nomen est; hac enim lege per casus flectitur cum dicimus nomen nominis nomini et cetera. item cum definiero quid significet daetylus, hoc ipsum potest esse pro exemplo. etenim cum dicimus daetylus, unam longam syllabam et duas deinde breves enuntiamus. At vero cum definitur adverbium quid significet, non potest hoc ipsum in exemplum dici. etenim cum adverbium dicimus, 20 haec ipsa enuntiatio nomen est. ita secundum aliam notionem adverbium utique adverbium est et non est nomen, secundum aliam vero adverbium non est adverbium quia nomen est. item pes creticus quando quid significet definitur, non potest hoc ipsum exemplo esse. haec enim enuntiatio quod dicimus creticus prima longa syllaba dein duabus brevibus constat, quod autem significat longa syllaba et brevis et longa est. ita et hic secundum aliam notionem creticus nihil est aliud quam creticus et daetylus non est, secundum aliam 25 vero creticus non est creticus quia daetylus est.

Secundum item genus, quod iam praeter disciplinas verborum ad loquendi usum dictum est pertinere, duas habet formas. Nam aequivoca inde sunt aut ex eadem origine aut ex diversa. Ex eadem origine appello, quae quamvis uno nomine ac non sub una definitione teneantur, uno tamen quasi fonte demanant; ut est

2 ambiguitatem D. | 2 haec enim nomina D. B 1. | 3 sepulchro codd. | 4 notionibus D. B 1, rationibus edd. | 5 totus tibi D. B 1, tibi totus edd. | 5 et T. h. l. sep. est om. B 1. | 5 nomen codd. Er. nomen est Lov. Ben. | 8 sive quod ex loq. D. B 2, sive ex loq. edd. | 10 incertum codd. Er. incertum est Lov. Ben. | 10 daetylici poetae Er. Lov. (qui adnotant in MS. Carthusiano sic scriptum esse), daetyli et poetae codd. (daetili B 2), daetylio poetae Ben. | 11 tamquam si hoc verbum gramm. codd. (tamquam, gramat. B 2), licet tantum vocem huius verbi gramm. edd. | 12 ut edd., et D. B 1. | 13 inter se rat. D. B 1, rat. inter se edd. | 15 definiero codd., definio edd. | 15 significet codd., significat edd. | 15 possumus B 2. | 15 sq. etenim hoc D. B 1, hic enim hoc B 2, om. edd. | 16 plectitur codd. | 16 cum dicimus codd., dicendo edd. | 17 definiero sic scripsi ex conjectura, definio codd. edd. Vide quae supra legimus cum enim definiero. Litteras autem er omissas in vetusto exemplari librarius, ut suspicor, ita supplevit, ut, quo loco illae reponendas essent, eo loco supra versum scriberet litteras hd (hoc est: hic desunt), deinde in margine adnotaret hp er (hoc est: hic pone er). Hac enim ratione et ipse librarius cod. D. aliquot locis usus est, ut, quae omissa erant, suppleret. Ex his autem litteris hp er a librario cod. D. vocabulum per factum est, quod infra (per hoc ipsum) et in D. et in recentioribus libris occurrit. | 17 significet codd., significat edd. | 17 per hoc ipsum codd.; ab editoribus v. per merito ac iure electum est. Vide quae supra adnotavimus ad v. definiero. | 17 esse pro exemplo codd., pro ex. esse edd. | 18 long. syll. codd. (sill. B 2), syll. long. edd. | 19 in exemplum dicere D. B 1, pro exemplo dicere B 2, exemplo dicere Er. Lov., pro exemplo dici Ben. | 20 sq. non est nomen B 1, nomen est nomen D. B 2, nomen nomen est Er. Lov., nomen non est Ben. | 22 exemplo codd. Er., pro exemplo Lov. Ben. | 22 enuntiatio codd., ipsa enuntiatio edd. | 22 quod D. B 1, quando edd. | 23 dein D., deinde edd. | 24 est aliud codd. Er., aliud est Lov. Ben. | 26 item codd., igitur edd. | 26 praeter disciplinas D. B 1, praeter disciplinam B 2, propter disciplinas Ben., disciplinis Er. Lov. | 27 inde codd., dieta edd. | 27 ex eadem origine venientia, edd.; in codd. deest venientia. | 27 Ex ead. orig. codd. Er. Lov. Ex om. Ben. | 28 quae quamvis codd., quando edd.

illud quod Tullius et homo et statua et codex et cadaver intellegi potest. non possunt quidem ista una definitione concludi, sed tamen unum habent fontem, ipsum scilicet verum hominem, cuius et illa statua et illi libri et illud cadaver est. At cum dicimus nepos, longe ex diversa origine filium filii et luxuriosum significat. Haec ergo distincta teneamus, et vide illud genus, quod ex eadem origine appello, in quaе iterum dividatur. Nam dividitur in duo, quorum unum translatione alterum declinatione contingit. Translationem 5 voco cum vel similitudine unum nomen fit multis rebus ut Tullius et ille in quo magna eloquentia fuit et statua eius dicitur — vel ex toto cum pars cognominatur ut cum cadaver eius Tullius dici potest — vel ex parte totum ut cum tecta dicimus totas domos — aut a genere species: verba enim principaliter omnia dicuntur quibus loquimur, sed tamen verba proprie nominata sunt quae per modos et per tempora declinamus — aut a specie genus: nam cum scholastici non solum proprie sed et primitus dicantur hi, qui adhuc in scholis 10 sunt, in omnes tamen qui in litteris vivunt nomen hoc usurpatum est — aut ab effidente effectum ut Cicero est liber Ciceronis — aut ab effecto efficiens ut terror qui terrorem facit — aut a continente quod continetur, ut domus etiam qui in domo sunt dicuntur — aut conversa vice ut castanea etiam arbor dicitur — vel si quid aliud inveniri potest, quod ex eadem origine quasi transferendo cognominetur. Vides ut arbitror, quam faciat in verbis ambiguitatem. Quae autem ad eandem originem pertinentia condicione declinationis 15 ambigua esse diximus, talia sunt. Fae verbi causa quemquam dixisse pluit, et haec diverse utique definienda sunt. item scribere qui dicit, incertum est utrum infinitivo activi an imperativo passivi pronuntiaverit. homo quamvis unum nomen sit et una enuntiatio, tamen fit aliud ex nominativo aliud ex vocativo quam doctus et docte ubi enuntiatio quoque diversa est. doctius aliud est cum dicimus doctius mancipium, aliud cum dicimus doctius illo iste disputavit. Declinatione igitur ambiguitas orta est. nam declinationem nunc appello, quidquid sive per voces sive per significationes flectendo verba contingit. hic doctus enim et o docte etiam per voces flexum est, hic homo autem et o homo per solas significationes. Sed hoc genus ambiguitatum minutatim concidere ac persequi paene infinitum est. Itaque locum ipsum hactenus notasse suffecerit, ingenio praesertim tuo. Vide nunc ea quae ex diversa origine veniunt. nam et ipsa dividuntur adhuc in duas primas formas, quarum una est, quae contingit diversitate linguarum: ut, cum dicimus 25 tu, haec una vox aliud apud Graecos aliud apud nos significat. quod genus notandum omnino fuit; non

1 illud quod codd., istud quia edd. | 1 quodex B 2. | 3 tili libri codd., ille liber edd. | 3 At cum dic. sic ex conjectura scripsi, ut cum dic. codd., Ex diversa origine, ut cum dic. edd. | 4 significet B 2. Er. | 4 vide codd., inde edd. | 4 iterum D, item edd. | 5 contingit edd., contigit codd. | 6 fit D, sit edd. | 6 loquentia D. | 7 statuta D. | 7 eius codd., illius edd. | 8 domos D. B. 1, domus edd. | 8 omnia dicuntur codd., dicunt Romani edd. | 9 per tempora codd., per om. edd. | 10 a specie D. B 1, ab specie edd. | 10 scol. codd. | 10 hi codd. Er., ii Lov. Ben. | 10 quadhuc D. | 10 scholis D, scolis B 1. 2, schola edd. | 11 in omnes — usurpatum est codd. (in om. B 2), omnes — usurpant edd. | 11 effectum codd., effectus edd. | 12 effecto D. B 1, effectu edd. | 12 qui t. facit codd., quia t. fecit edd. | 12 quod continentur codd., quae continentur edd. | 13 dicantur (v. supra scr.) D. | 13 conv. v. codd., a conv. v. edd. | 13 etiam codd., om. edd. | 13 Post v. dicitur in B 1 supra versum additur et fructus; in B 2 scriptum est dicitur, quae non est; in edd. dicitur quae et fructus. Omnia haec, quae a D. absunt, appareat additamenta librariorum esse. | 14 si quid codd., si quod edd. | 14 inuenierit D. | 15 quam codd., quid edd. Subiectum enuntiati ex verbo quod antecedit transferendo audias, est autem voc. translatio. | 16 diximus codd., dicimus edd. | 16 quemquam codd., quemque edd. | 16 diverse] diversae D. Ben., diversa B 2. | 17 qui dicit D. B 1, quid dicit B 2, cum dicimus Er. Lov., cum dixit Ben. | 17 infinitivo act.] infinito act codd., in infinitivo edd. | 17 pronuntiaverit codd., pronuntiatum sit edd. | 18 quamvis codd., cum edd. | 18 nominativo aliud] Post haec verba desinit D. | 18 sq. quam doctus et docte B 1. 2. Apparet nonnulla excidisse, quae in hunc fere modum licet suppleri: quam ambiguitatem vitabit, qui vocabulum aliquod addet, ut doctus et docte etc. Editores mutata lectione codicum locum corruperunt. Apud Er. est quin doctius et docte, apud Lov. et Ben. quid doctius et docte. | 19 ubi B 1, verbi edd. | 20 illo iste B 1. 2, iste om. edd. | 22 enim B. 1, om. edd. | 22 o docte B 1. 2, docte edd. | 22 etiam B 1. 2, tantum edd. | 22 autem B 1. 2, om. edd. | 22 o homo B 1. 2, homo edd. | 22 per s. s. B 1. 2, secundum s. s. edd. | 23 hoc genus B 1. 2, huiusmodi genus edd. | 23 persequi B 1. 2, prosequi codd. | 24 notasse om. B 1. | 24 ex om. B 1. 2. | 24 et ipsa B 1. 2, et om. edd. | 26 tu B 1, histuc B 2, iste edd. | 26 sq. quod genus — disputaret B 1, quod genus non tantum omnino fuit, n. e. perscriptum est etc. B 2, quod genus non tamen omnino fuit: non enim unicuique perscriptum est, qui linguas nosset aut quilinguas disp. Er., quod genus tamen non omnis novit: non enim unicuique perspicuum est, nisi qui linguas nosset aut qui linguas disp. Lov. Ben.

enim praescriptum est unicuique, quot linguis nosset aut quot linguis disputaret. Altera forma est, quae in una quidem lingua facit ambiguitatem, diversa tamen eorum origine, quae in uno vocabulo significantur, quale est illud quod de nepote supra posuimus. quod rursus in duo scinditur. Aut enim sub eodem genere partis orationis fit — tam nomen est enim nepos cum filium filii, quam cum luxuriosum significat — aut sub diverso: 5 nam non solum aliud est cum dicimus qui..... aliud ut dictum est [Ter. Andr. III, 3, 33] qui scis ergo istuc nisi periculum feceris, sed etiam illud pronomen, hoc adverbium.

Iam ex utroque id est et ex arte et ex usu verborum, quod in aequivocis tertium genus posueramus, tot ambiguitatum formae possunt existere quot in duobus superioribus enumeravimus.

Restat illud genus ambiguum, quod in scriptis solis repperitur, cuius tres sunt species. Aut enim spatio 10 syllabarum fit tale ambiguum aut acumine aut utroque: spatio, ut cum scribitur venit de tempore incertum est propter occultum primae syllabae spatium; acumine autem, ut cum scribitur pone utrum ab eo quod est pono an ut dictum est [Verg. Georg. IV, 487] pone sequens namque hanc dederat Proserpina legem incertum est propter latenter acuminis locum; at vero ex utroque fit, ut est quod superius de lepore diximus. nam non solum producenda sed acuenda etiam est paenultima syllaba huius verbi, si ab eo quod 15 est lepos, non ab eo quod est lepus deflexum est.

2 in uno voc. B 1. 2, in om. edd. | 2 significatur B 1. 2. | 3 aut enim B 1. 2, enim om. edd. | 4 fit B 2, sit B 1, siout edd. | 4 tam B 1. 2, om. edd. | 4 enim B 2, om. B 1. edd. | 4 quam cum B 1. 2, om. edd. | 4 sub diverso B 1, sub diversis edd. | 4 sqq. Retinuit lectionem codicis B 1, quas dubium non est quin vera sit, praeterquam quod nonnulla verba exciderunt. Agitur autem hoc loco de diversa significatione vocabuli qui, quod et pronomen est et adverbium. Itaque apparent scriptorem enuntiatum quoddam attulisse, in quo voc. qui pro relativo pronomine positum erat; huius autem enuntiati solum primum verbum qui reliquum est, cetera omissa sunt. Praeter haec supplendum esse videtur v. aliud. In B 2 (omissis verbis sub div. — cum dicimus qui) scriptum est aut ut dictum est qui scit ergo stuc n. p. f. Editores scripsierunt aut sub diversis ut dictum est qui scit ergo stuc n. p. f. Editores scripsierunt aut sub diversis ut dictum est a Terentio: Qui scis e. i. etc. | 6 illud pronomen hoc adverbium B 1. 2, istuc pr. istuc a edd. Editores igitur agi de vocabulo qui non perspexerunt, sed putarunt de voce istuc hoc loco quaeri. | 7 et ex arte et ex usu B 1. 2 (parte B 2), arte et usu edd. | 8 enumerabimus B 1, posueramus edd. | 9 Restat B 1. 2, restat ergo edd. | 9 repp. sic B 2. | 9 cui B 2. | 10 spatio ut B 1. 2, sp. autem ut edd. | 11 pone] Veteres grammatici docent adverbii pone ultimam syllabam acuendam esse, ut ab imperativo verbi ponendi possit discerni. Vide Priscian. p. 1288; Donat. art. gramm. I, 5, 2; Diomed. p. 428; Serv. ad Aen. 2, 725 et 3, 3; Max. Victor. art. gramm. p. 275 sq. Lindem.; Augustin. de musica I, 1; Martian. Capell. III §. 271 Kopp.; Cassiodor. de orat. c. 3. Cf. Zumpt. Grammat. Lat. §. 34. | 12 dictum est B 1. 2, dictum edd. | 12 hanc] hoc B 2. | 13 legem om. B 1. 2. Addiderunt editores ex loco Vergili. | 13 ut est quod superius B 1. 2, ut in superioribus edd. | 14 acuenda etiam est B 1, ac. est etiam edd.

Corrigantur et addantur
hacce.

Pag. 8 v. 1 inf. Scribe: 29 necessario codd. necessaria edd.

Pag. 12 v. 40 inf. Scriptura Xerses potius consuetudini recentiorum Italorum deberi videtur, qui litteram x cum s commutare solent. Cf. Osann. ad Cic. de rep. pag. 419.